

**CIHM
Microfiche
Series
(Monographs)**

**ICMH
Collection de
microfiches
(monographies)**



Canadian Institute for Historical Microreproductions / Institut canadien de microreproductions historiques

© 1994

Technical and Bibliographic Notes / Notes techniques et bibliographiques

The Institute has attempted to obtain the best original copy available for filming. Features of this copy which may be bibliographically unique, which may alter any of the images in the reproduction, or which may significantly change the usual method of filming, are checked below.

L'Institut a microfilmé le meilleur exemplaire qu'il lui a été possible de se procurer. Les détails de cet exemplaire qui sont peut-être uniques du point de vue bibliographique, qui peuvent modifier une image reproduite, ou qui peuvent exiger une modification dans la méthode normale de filmage sont indiqués ci-dessous.

- Coloured covers/
Couvercle de couleur
- Covers damaged/
Couvercle endommagée
- Covers restored and/or laminated/
Couvercle restaurée et/ou pelliculée
- Cover title missing/
Le titre de couverture manque
- Coloured maps/
Cartes géographiques en couleur
- Coloured ink (i.e. other than blue or black)/
Encre de couleur (i.e. autre que bleue ou noire)
- Coloured plates and/or illustrations/
Planches et/ou illustrations en couleur
- Bound with other material/
Relié avec d'autres documents
- Tight binding may cause shadows or distortion
along interior margin/
La reliure serrée peut causer de l'ombre ou de la
distortion le long de la marge intérieure
- Blank leaves added during restoration may appear
within the text. Whenever possible, these have
been omitted from filming/
Il se peut que certaines pages blanches ajoutées
lors d'une restauration apparaissent dans le texte,
mais, lorsque cela était possible, ces pages n'ont
pas été filmées.
- Additional comments:/
Commentaires supplémentaires: Wrinkled pages may film slightly out of focus.
Copy has manuscript annotations.

- Coloured pages/
Pages de couleur
- Pages damaged/
Pages endommagées
- Pages restored and/or laminated/
Pages restaurées et/ou pelliculées
- Pages discoloured, stained or foxed/
Pages décolorées, tachetées ou piquées
- Pages detached/
Pages détachées
- Showthrough/
Transparence
- Quality of print varies/
Qualité inégale de l'impression
- Continuous pagination/
Pagination continue
- Includes index(es)/
Comprend un (des) index
- Title on header taken from:/
Le titre de l'en-tête provient:
- Title page of issue/
Page de titre de la livraison
- Caption of issue/
Titre de départ de la livraison
- Masthead/
Générique (périodiques) de la livraison

This item is filmed at the reduction ratio checked below/
Ce document est filmé au taux de réduction indiqué ci-dessous.

10X	14X	18X	22X	26X	30X
<input type="checkbox"/>	<input type="checkbox"/>	<input type="checkbox"/>	<input checked="" type="checkbox"/>	<input type="checkbox"/>	<input type="checkbox"/>

12X

16X

—X

20X

24X

28X

32X

The copy filmed here has been reproduced thanks to the generosity of:




Emmanuel Library
University of Toronto

The images appearing here are the best quality possible considering the condition and legibility of the original copy and in keeping with the filming contract specifications.

Original copies in printed paper covers are filmed beginning with the front cover and ending on the last page with a printed or illustrated impression, or the back cover when appropriate. All other original copies are filmed beginning on the first page with a printed or illustrated impression, and ending on the last page with a printed or illustrated impression.

The last recorded frame on each microfiche shall contain the symbol → (meaning "CONTINUED"), or the symbol ▽ (meaning "END"), whichever applies.

Maps, plates, charts, etc., may be filmed at different reduction ratios. Those too large to be entirely included in one exposure are filmed beginning in the upper left hand corner, left to right and top to bottom, as many frames as required. The following diagrams illustrate the method:



L'exemplaire filmé fut reproduit grâce à la générosité de:


Emmanuel Library
University of Toronto

Les images suivantes ont été reproduites avec le plus grand soin, compte tenu de la condition et de la netteté de l'exemplaire filmé, et en conformité avec les conditions du contrat de filmage.

Les exemplaires originaux dont la couverture en papier est imprimée sont filmés en commençant par le premier plat et en terminant soit par la dernière page qui comporte une empreinte d'impression ou d'illustration, soit par le second plat, selon le cas. Tous les autres exemplaires originaux sont filmés en commençant par la première page qui comporte une empreinte d'impression ou d'illustration et en terminant par la dernière page qui comporte une telle empreinte.

Un des symboles suivants apparaîtra sur la dernière image de chaque microfiche, selon le cas: le symbole → signifie "A SUIVRE", le symbole ▽ signifie "FIN".

Les cartes, planches, tableaux, etc., peuvent être filmés à des taux de réduction différents. Lorsque le document est trop grand pour être reproduit en un seul cliché, il est filmé à partir de l'angle supérieur gauche, de gauche à droite et de haut en bas, en prenant le nombre d'images nécessaire. Les diagrammes suivants illustrent la méthode.



MICROCOPY RESOLUTION TEST CHART
NATIONAL BUREAU OF STANDARDS
STANDARD REFERENCE MATERIAL 1010a
(ANSI and ISO TEST CHART No. 2)



COLLECTANEA LATINA:

SEU

ECCLESIASTICÆ ANTIQUITATIS MONUMENTA
EXIMIA:

EX.

PATRUM OPERIBUS,

IN USUM CLASSIS THEOLOGICÆ,

EXCERPTA.

ACCESSIONE

PAUCULA QUÆDAM EX LIBRIS INSTITUTIONIS
VEN: CELEBERRI: JO: CALVINI.

TORONTO.

1853.

VICTORIA N. LIBRARY
EXCEP

LX7

T342.

3.5

THEOL.
STACK

UNIVERSITY
LIBRARY

Q. SEPTIMII F. TERTULLIANI,

PRESBYTERI CARTHAGINIENSIS,

APOLOGETICUS, PRO CHRISTIANIS, ADVERSUS
GENTES.

NOTA. — Tertullianus sub Severo Principe et Antonino CARACALLA floruit, multaque scripsit volumina: Inter haec Libri adversus Praxeam et Marcionem in primis memorandi sunt.

Hancce orationem apologeticam, Romam misit auctor magistratibus Imperii inscriptam, in qua, Lactantio teste, pene hanc causam peroravit.

Ipse Tertullianus, lapsus sub vitae exitum (annum quidam definitum 208) in Montani dogmata et novae Prophetiae deliramenta, nonnulla scripsit adversus Ecclesiam quam egregiis olim scriptis, tanquam pro-pugnaculis invictis, munierat.

A

S
fer
et c
sola
aut
jud
lice
nire
Seit
nire
hab
dep
glor
Cae
Dis
aud
coll
ide
scili
etia
an r
qua
tere
eius
reda
igne
eond
quo
Chr
quod
voci
asta
detr
later
prop
rare
denc

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTULLIANI,
APOLOGETICUS ADVERSUS GENTES.

CAPUT PRIMUM.

DE IGNORANTIA.

Si non licet vobis, Romani Imperii Antisites, in aperto, et aedito ipso fere vertice civitatis praesidentibus ad judicandum, palam describere, et eorum examinare, quid sit liquido in causa Christianorum: si ad hanc solam speciem autoritas vestra de justitia diligentia in publico aut tinet, aut erubescit inquirere: si denique, quod proximo accidit, domesticis iudicis nimis operata sectae hujus intotius obstruit viam defensioni, licent veritati vel occulta via tacitarum literarum ad auros vestras pervenire. Nihil illa de causa sua deprecatur, quia nee de conditione miratur. Scit se peregrinum in terris agere inter extraneos facile inimicos invenire. Caeterum genus, sedem, spem, gratiam, dignitatem in coelis habere: unum gestit interdum, ne ignorata damnetur. Quid hinc deperit legibus in suo regno dominantibus, si nudiatur? An hoc magis gloriabitur potestas earum, ut etiam inaudita damnabunt veritatem? Caeterum inauditam si fallit, praeter invidiam iniquitatis, etiam suspicionem merebuntur alicuius conscientiae, nolentes audire, quod auditum damnare non possint. Hanc itaque primam causam apud vos collocamus, iniquitatis odium erga nomen Christianum. Quam iniquitatem idem titulus et onerat, et revincit, qui videtur excusare, ignorantia scilicet. Quid enim iniquius, quam ut oderint homines quod ignorant, etiam si res mereretur odium? Tunc etenim meretur, cum cognoscitur an mereatur. Vacante autem meriti notitia, unde odii justitia defenditur, quae non de eventu sed de conscientia probanda est? Cum ergo propertereoderint homines, quia ignorant quale sit quod oderunt, cur non siveat ejusmodi illud esse, quod non debeant odisse? Ita utrumque ex alterutro redarguimus, et ignorare illos, dum oderunt, et injusto odisse, dum ignorant. Testimonium ignorantiae est, quae iniquitatem dum excusat, condemnat: cum omnes qui retro oderant, quin ignorabant quale esset quod oderant, simul ut desinunt ignorare, cossent et odisse. Ex his fiunt Christiani utique de comperto, et ineipiunt odisse quod fuerant, et profiteri quod oderant: et sunt tanti, quanti et denotantur. Civitatem obsessam vaciferantur: In agris, in castellis, in insulis Christianos: Omnem sexum, aetatem, conditionem, et dignitatem transgredi ad hoc Nomen quasi detimento moerent: Nec tamen hoc ipso modo ad aestimationem alicuius latentis boni promovent animos: Non licet rectius suspicari, non libet proprius experiri. Hic tantum urbana curiositas torpescit. Amant ignorare, cum ali gaudeant cognovisse. Quanto magis hos Anacharsis denotasset imprudentes, de prudentibus judicantes, quam non musicos

de miasciis? Malunt nescire, quia jam oderunt. Adeo quod neantur, praesudicant id esse; quod si sciunt, odisse non poterant: quando, si nullum odii debitum reprehendatur, optimum utique sit desinere injuste odire? si vero de merito conatet, non modo nihil odii detrahatur, sed amplius acquiratur, ad perseverantiam, etiam justitiae ipsius autoritate abutuntur. Sed non ideo, inquieti, bonum, quia multos convertit. Quanti enim ad malum praeflamentur? quanti transfugae in perversum? quis negat? Tamen quod vero malum est, ne ipsi quidem, quos rapit, defendere pro bono audent. Omne malum aut timore, aut pudore natura perfudit. Denique malefici gestunt latere, devitant apparere, trepidant apprehensi, negant accusati: nec torti quidem, facile, aut semper confituntur: certe condemnati moorent: dinumerant in aemotipos: mentis malae impetus, vel fato, vel astris imputant: nolunt enim suum esse, quia malum agnoscunt. Christianus vero quid simile? Neminem pudet, neminem poenitet, nisi plane retro non fuisse. Si denotatur, gloriat: si accusatur, non defendit. Interrogatus, vel ultra confitetur: damnatus, gratias agit. Quid hoc mali est, quod naturam mali non habet, timorem, pudorem, torgversationem, poenitentiam, deplorationem? Quid hoc mali est, cuius reus gaudet? cuius accusatio votum est; et poena felicitas? Non potes dementiam dicere, qui revincoris ignorare. Si certum est denique nos nocentissimos esse, cur a vobis ipsa aliter tractamus, quam paros nostri, id est, castori nocentes, cum ejusdem noxae cadem tractatio deberet provenire? Quocunque dicimur, cum ali dicuntur, et proprio ore, et mercenariae advocatione utantur ad innocentiae suae commendationem: respondendi, altercandi facultas patet: quando nec licet indefensos et inauditos omnime damnari. Sed Christianis solis nihil permittitur loqui, quod causans purget, quod veritatem defendat, quod judicem non faciat injustum. Sed illud solum expectatur, quod odio publico necessarium est, confessio Nominis, non examinatio criminis: quando, si de aliquo nocente cognoscitis, non statim confessio co nomine homicidae, vel sacrilegi, vel incesti, vel publici hostis (ut de nostris elogiis loquar) contenti sitis ad pronunciandum, nisi et consequentia exigatis, qualitatem facti, numerum, locum, modum, tempus, conscos, socios.

CAP. II.

QUOD NOMEN IN CHRISTIANIS, DAMNETUR, NON CRIMEN.


De nobis nihil tale. Cum aequo extorquere oporteret (cum falso jactator) quot quisque jam infanticidia degustasset, quot incesta contenerat, qui coei, qui canes affuisserint? O quanta illius Praesidis gloria, si eruisset aliquem, qui centum jam infantes comedisset. Atqui inventus inquisitionem quoque in nos prohibitam. Plinius enim Secundus, cum Provinciam regereret, damnatis quibusdam Christianis, quibusdam gradu pulsis, ipsa tamen multitudine peturbatus, quid de caetero ageret, consuluit tunc Trajanum Imperatorem; allegans praeter obstinationem non sacrificandi, nihil aliud se de sacris eorum compresisse, quam coetus antelucanos ad canendum Christo et deo et ad consoederandam disciplinam: homicidium, adulterium, fraudem, perfidiam, et caetera scelerata prohibentes. Tunc Trajanus rescripsit, hoc genus inquirendos quidem non esse, oblatos vero puniri oportere. O sententiam necessitate confusam! Negat inquirendes, ut innocentes; et mandat puniendos ut innocentes. Parcit, et sevit: dissimulat, et animadvertisit. Quid temetip-

mod nesciunt,
et quando, si
sinistro injuste
strahatur, sed
suis autoritate
tum convertit.
In perversum?
In, quos rapit,
pudore natura
est, trepidant
emper confi-
pos: mentis
in suum esse,
? Nequinem
Si denotatur,
ro confitetur:
am mali non
explorationem?
Totum est; et
eris ignorare.
Ipsa aliter
ejusdem no-
men, cum alii
ad innocentiae
patet: quando
christianum solis
eum defendat,
spectatur, quod
minatio crimi-
n confesso co-
hostia (ut de
nisi et conse-
dum, tempus,

CRIMEN.

am falso jacta-
esta contene-
raesidis gloria.
Atqui inveni-
secundus, cum
oudam gradu
ageret, consu-
nationem non
quam coetus
orandum dis-
ponit, et caetora
am inquirendo
am necessitate
puniendos ut
Quid temetip-

sunt censura circumvenia? Si damnas, cur non et inquiris? Si non
inquiris, ergo non et absolvias? Latronibus vestigandis per universas
provincias militaris statio sortitur. In rea maiestatis, et publicos hostes
omnis homo miles est: ad socios, ad conarios inquisitio usque extenditur.
Solum Christianum inquiri non licet, offerri licet: quasi aliud esset actura
inquisitio, quam oblatio. Damna ergo oblatum, quem nemo voluit
requisitum, qui puto jam non meruit ideo ponnam, quia nocens est, sed
quia non requirendus, inventus est. Itaque nec in illo ex forma malorum
judicantibus agitis erga nos, quod caeteris negligitis adhibitis
tormenta ad confitendum, solum Christianis ad negandum: cum si malum
caset, nos quidem negaremus, vos vero confiteri tormenta compellere.
Nequa enim ideo non putaretis requirenda quaestionibus sceleris, quia
certi essentia admitti ea ex Nominis confessione, quia hodie de confessio
homicida, scientes homicidium quid sit, nihilominus ordinem extorquentis
admissi. Quo perverso, cum praesumatis de sceleribus nostris ex
Nominis confessione, cogitis tormenta de confessione degredere, ut
negantes Nomen pariter utique negemus et sceleris, de quibus ex con-
fessione Nominis praehumpersatis. Sed, opinor, non vultis nos perire, quos
passimos creditis. Sic enim soletis dicere homicidae, nega: lamari
jubere sacilegum, si confiteri perseveraverit. Si non ita agitis circa nos
nocentes, ergo nos innocentissimos judicatis, cum quasi innocentissimos
non vultis in ea confessione perseverare, quam necessitate, non justitia
damnandalam a vobis sciatis. Vociferatus homo, Christianus sum: Quid
est, dicit tu vis audire quod non est. Veritatis extorquendae Presides,
de nobis solum mendacium elaboratis audire. Hoc sum, inquit, quod
quaeris an sim. Quid me torques in perversum? confitoor, et torques.
Quid faceres, si negarem? Plane alii negantibus non facile fidem
accommodatis: nobis, si negaverimus, statim creditis. Suspecta si nobis
perversitas, ne qua vis lateat in occulto, quao nos adversus formam
adversus naturam judicandi contra ipsas quoque leges ministret. Nam
enim fallor, leges malos erui jubent, non abscondi: confessos damnari
prescrubunt, non absolvit. Hoc Senatusconsultum, hoc Principum man-
data definiunt, hoc Imperium, cuius ministri estis. Civilis, non tyran-
nica dominatio vestra est. Apud tyrannos enim tormenta etiam pro poena
adhibentur; apud vos soli quaestioni temperantur. Vestram illa ³¹¹¹ viro
legem usque ad confessionem necessarium, et si confessione praeve-
niatur, vacabunt. Sententia opus est. Debito poenae nocens expungendus
est, non eximendus. Denique illum nemo gestit absolvere: nobis
non licet hoc veille. Ideo nec cogitur quisquam negare, Christianum
hominem omnium scelerum reum, Deorum, Imperatorum, legum, morum,
naturae totius inimicum existimas: et cogis negare, ut absolvias, quem
non poteris absolvere, nisi negaverit. Prevaricaris in leges. Vis ergo
negot so nocentem, ut cum facias innocentem, et quidem invitum jam,
nec de praeterito reum? Unde ista perversa? ut etiam illud non
recogitatis, sponte confessio magis credendum esse, quam per vim neganti:
vel ne compulsus negare, non ex fide negarit? et absolutus, ibidem post
tribunal de vestra rideat emulatione inter Christianos. Cum igitur in
omnibus in nos aliter disponitis, quam in caeteros nocentes, id unum
contenditis, ut de eo nomine excludamur (excludimur enim, si facimus
quæ faciunt non Christiani) intelligere potestis, non scelus aliquod in
causa esse, sed nomen, quod quædam ratio emulæ operationis inequivic-
tur, hoc primum agens ut homines nolint scire pro certo, quod se necire
pro certo sciunt. Ideo et credunt de nobis quæ non probantur: et nolunt



inquiri, ne probentur non esse, quae malunt credidisse : ut Nomen illius emulacionis inimicum, praesumptio non probatio criminibus de sua sola confessione damnetur. Ideo torquemur confitentes, et punimur perseverantes, et absolvimur negantes, quia Nominis praelium est. Denique quid de tabella recitatis illum Christianum, cur non et homicidam ? Sed homicida Christianus, cur non et incestus, vel quodcunque aliud nos esse creditis ? In nobis solis pudet aut piget ipsis nominibus scelerum pronunciare. Christianus si nullius criminis, reus est, nomen valde infestum, si solius Nominis crimen est.

CAP. III.

ODIOSISSIMUM SINE CAUSA CHRISTIANUM ESSE NOMEN.

Quid, quod ita plerique clausis oculis in odium eius impingunt, ut bonum alicui testimonium ferentes admisceant Nominis exprobationem ? Bonus vir Caius Seius, sed malus tantum quod Christianus. Item alius : ego Lucium sapientem virum repente factum Christianum desero. Nemo retractat non ideo bonus Caius, et prudens Lucius, quia Christianus ? quia prudens et bonus ? Laudant, quae sciunt : vituperant, quae ignorant : et id quod sciunt, eo quod ignorant, corrumpunt : cum sit justius occulta de manifestis praejudicare, quam manifesta de occultis praedaramare. Alii quos retro ante hoc Nomen vagos, viles, improbos noverant, ex ipso denotant quo laudent, quo caecitate odii in suffragium impingunt, quod mulier, quod lasciva, quod festiva, quod juvenis, quod Lucius Quinti amasius, facti sunt Christiani. Ita Nomen emendationi imputatur. Nonnulli etiam de utilitatibus suis cum odio isto paciscuntur, contenti injuria, dum ne domi habent quod'oderunt. Uxorem jam pudicam maritus jam non zelotypus, filium subiectum pater retro patiens abdicavit: servum jam fidelem dominus olim mitis ab oculis relegavit. Ut quisque hoc Nomine emendatur, offendit. Tanti non est bonum esse, quanti odium Christianorum. Nunc igitur, si Nominis odium est, quis Nominis reatus ? quae accusatio vocabulorum, nisi aut Barbarum sonat aliqua vox nominis, aut infaustum, aut malèdictum, aut impudicum. Christianus vero quantum interpretatio est, de unctione deducitur. Sed et cum perperam Chrestianum pronunciatur a vobis, nam nec nominis est certa notitia penes vos, de suavitate vel benignitate compositum est. Oditur ergo in hominibus innocuis, etiam Nomen innocuum. At enim secta oditur in nomine utique sui autoris. Quid novi si aliqua disciplina de magistro cognomentum, sectatoribus suis inducit ? Nonne Philosophi de autoribus suis nuncupantur Platonici, Epicurei, Pythagorici ? etiam a locis conventiculorum et stationum suarum, Stoici, Academicci atque Medici ab Erasistrato, et Grammatici ab Aristarcho, Cooi etiam ab Apicio ? nec tamen quequam offendit professio nominis cum institutione transmissa ab institutione transmissa ab institutore. Plane si qui probat malam sectam, et ita malum et autorem, is probavit et nomen malum dignum odio de reatu sectae et autoris. Ideoque ante odium nominis competit prius de autore sectam recognoscere, vel autorem de secta. At nuno utriusque inquisitione et agnitione neglecta, Nomen detinetur, Nomen expugnatur : et ignotam sectam, ignotum et autorem vox sola prae damnat, quia nominatur, non quia revincitur. Atque ideo quasi prefatus haec ad sugillatam odii erga nos publici iniquitatem, jam de causa innocentiae consistam : nec tantum refutabo, quae nobis objiciuntur: sed etiam in ipsos retorquebo, qui objiciuntur : ut ex hoc quoque scient omnes

Nomen illius
de sua sola
nur perseve-
... Denique
idam? Sed
aud nos esse
celerum pro-
valde infes-

in Christianis non esse, quae in se neciunt esse: simul uti erubescant accusantes, non dico pessimis optimos, sed jam, ut volunt, comparés suos. Respondebimus ad singula, quae in occulto admittere dicimur, quae illós palam admittentes invenimus, in quibus scelesti, in quibus vani, in quibus damnandi, in quibus irridendi deputamur. Sed quoniam, cum ad omnia occurrit veritas nostra, postremo legum obstruitur autoritas adversus eam: ut aut nihil dicatur retractandum esse post leges, aut ingratiss necessitas obsequii praefreratur veritati: de legibus prius concurrant vobiscum, ut cum tutoribus legum.

CAP. IV.

DE LEGIBUS ROMANORUM, QUOD QUOTIDIE VETERES
ABROGANTUR, ET NOVAE FERUNTUR.

Jam primum, quam dure demissis dicondo: Non licet esse vos. Hoc si sine ullo retractatu humanoire praescrbitis vim profitemini, et iniquam exercetis dominationem, si ideo negatis licere, quia vultis, non quia debuit non licere. Quod si quia non debet ideo non vultis licere: sine dubio id non debet licere, quod male fit: ut utique hoc ipso praejudicatur licere, quod bene fit. Si bonum invenero esse, quod lex tua prohibuit, nonne ex illo praejudicio prohibere me non potest: quod si malum esset, jure prohiberet. Si lex tua erravit, puto, ab homine concepta est, neque enim de coelo ruit. Miramini hominem aut errare potuisse in lege condenda, aut resipuisse in reprobanda? Non enim et ipsius Lycurgi leges a Lacaedamoniis emendata tantum auctori suo doloris incusserunt, ut in secessu inedia de semetipso judicari? Nonne et vos quotidie experimentis illuminantibus tenebras antiquitatis, totam illam veterem et squalentem sylvam legum novis Principalium rescriptorum et edictorum securibus truncatis et caeditis? Nonne vanissimas Papias leges, quae ante liberos suscipi cogunt, quamJuliae matrimonium contrahi, post tantae autoritatis senectutem, heri Severus constantissimus Principium exclusit? Sed et iudicatos in partes secari a creditoribus leges erant: consensu tamen publico crudelitas postea erasit est, et in pudoris notam, capitis poena conversa est, bonorum adhibita proscriptione. Suffundere maluit hominis sanguinem, quam effundere. Quot adhuc vos repurgandae leges latent, quas neque annorum numerus, neque conditorum dignitas commendat, sed aequitas sola? Et ideo, cum iniquae recognoscuntur, merito damnantur, licet non damnentur cum iniquas dicimus imo si nomen puniunt, etiam stultas. Si vero facta, eur de solo nomine puniunt facta, quae in aliis de admisso, non de nomine probata defendant? Incestum cur non requirunt? Infanticidia cur non extorquent? In Deos, in Caesares aliquid committo: cur non audior? quid habeo quo purger? Nulla lex vetat discuti, quod prohibit admitti: quia neque, iudex justo ulciscitur, nisi cognoscat admissum esse, quod non licet: neque quis fideliter legi obsequitur, ignorans quale sit, quod ulciscitur lex. Nulla lex sibi soli conscientiam justitiae suae debet, sed eis, a quibus obsequium expectat. Caeterum suspecta lex est quae probari se non vult. Improbata autem, si non probata dominetur.

CAP. V.

QUOD ROMANI PRINCIPES CHRISTIANUM NOMEN PROBARINT, ET QUI
ODERINT: ET TIBERII DECRETUM DE CHRISTO ADORANDO.

Ut de origine aliquid retractemus ejusmodi legum. Vetus erat decre-

tum, ne qui deus ab Imperatore consecraretur, nisi a senatu probaretur: ut M. ~~Æ~~milius deo suo Alburno. Facit et hoc ad causam nostram, quod apud vos de humano arbitratu divinitas pensitur. Nisi homini deus placuerit, deus non erit. Homo jam deo propitius esse debet. Tiberius ergo, cuius tempore Nomen Christianum in seculum introivit, annunciatum sibi ex Syria Palæstina quod illo veritatem ipsius divinitatis revelaverat, detulit ad senatum cum praerogativa suffragii sui. Senatus, quia non ipse probaverat, respuit. Caesar in sententia mansit, comminatus periolum accusatoribus Christianorum. Consulte commentarios vestros, illo reperietis primum Neronem in hanc sectam tum maxime Romae orientem Caesariano gladio ferocisse. Sed tali dedicatore damnationis nostraræ etiam gloriemur. Qui enim scit illum, intelligere potest non nisi aliquid bonum grande a Nerone damnatum. Tentaverat ei Domitianus, portio Neronis de crudelitate, sed quia et homo, facile coepit repressit, restitutis etiam quos relegaverat. Tales semper nobis insecutores, injusti, impii, turpes, quos et ipsi damnare consuestis, a quibus damnatos restituere soliti estis. Caeterum de tot exinde Principibus ad hodiernum, divinum humanumque sapientibus, edite aliquem debellatorem Christianorum. At nos contrario edimus protectorem: Si literæ Marci Aurelii gravissimi imperatoris requirantur, quibus illam Germanicam sitim, Christianorum forte militum preicatione precationibus impetrato imbre discussam contestatur, sicut non palam ab ejusmodi hominibus poenam dimovit, ita alio modo palam dispersit, adjecta etiam accusatoribus damnatione, et quidem tetrore.

CAP. VI.

QUANTUM A PIETATE, ET MAJORUM SUORUM MORIBUS ROMANI.
DESCIVERINT.

Quales ergo truces leges istae, quas adversus nos soli exercent impii, injusti, turpes, dementes, vani? quas Trajanus ex parte frustratus est, vetando inquire Christianos: quas nullus Hadrianus, quanquam curiositatum omnium explorator: nullus Vespasianus, quanquam Judaeorum debellator: nullus Pius; nullus Severus impressit. Facilius utique peccandi ab optimis quibusque, ut ab aemulis, quam a suis sociis eradicandi judicarentur. Nuno religiosissimi legum, et paternorum institutorum protectores, et cultores, respondeant velim de sua fide, et honore, et obsequio erga majorum consulta, si a nullo desciverunt? si in nullo exorbitaverunt? si non necessaria, et aptissima quaque disciplinae oblitteraverunt? Quonam illæ leges abjerunt, sumptum, et ambitionem compriment? quae centum aera non amplius in coenam subscribi jubebant, nec amplius quam unam inferri gallinam, et eam non sagittatam: quae patricium, quod decem pondi argenti habuisse, pro magno titulo ambitionis senatu summovereant? quae theatra stuprandis moribus orientia statim destruebant: quae dignitatum, et honestorum natalium insignia non temere, nec impune usurpari sinebant. Video enim et Centenarias coenæ a centenis jam sesterciis dicendas: et in lances, parum est si senatorum, et non libertorum vel adhuc flagra rumpentium, argenteria metalla producta. Video et theatra nec singula satis esse neo nuda: nam ne vel hyeme voluptas impudica frigeret, primi Lacedæmonii penulam ludis excogitarunt. Video et inter matronas atque prostitutes nullum de habitu discrimen relictum. Circa foeminas quidem etiam illa majorum instituta ceciderunt, quae modestiae quae sobrietati

probaretur:
um nostram,
Nisi homini
sse debet.
am introivit,
suis divini-
usfraggi sui.
ntia manst,
sulite com-
pectam tum
tali dedicata-
um, intelli-
m. Tenta-
a et homo,
ales semper
consuestis,
tot exinde
tibus, edite
nus protec-
requirantur,
a prectione
non palam
m dispersit,

ROMANI.

cent impii,
stratus est,
am curiosi-
Judeorum
que pessimi
icandi judi-
utorum pro-
honore, et
si in nullo
disciplinae
ambitionem
m subscribi
non sagina-
pro magno
dis moribus
m natalium
leo enim et
t in lances,
umpentium,
atis esse neo-
ni Lacedae-
que prosti-
inas quidem
ae sobrietati

patrocinabantur: cum aurum nulla norat praeter unico digito, quem sponsum oppignorasset prounbo annulo: cum mulieres usque adeo vino abstinerent, ut matronam ob ressignatos cellas vinariae, loculos, sui inedia necarint. Sub Romulo vero quae vinum attigerat, impune a Mecenio marito trucidata est. Idocirco et oscula propinquia offerre necessitas erat, ut spiritu indicarentur. Ubi est illa felicitas matrimoniorum, de moribus utique prosperata, qua per annos ferme sexcentos ab urbe condita nulla repudium domum scrispsit? At nuno in foeminis praes auro nullum leve est membrum: praes vino nullum liberum est osculum: repudium vero jam et votum est, quasi matrimonii fructus. Etiam circa ipsos deos vestros, quae perspecte deoreverant patres vestri, iidem vos obsequissimis resciditis. Liberum patrem cum mysteriis, Consules senatus autoritate non modo Urbe, sed universa Italia eliminaverunt. Serapideum, et Isidem, et Harpoeratem cum suo Cynocephalo, Capitolio prohibitos inferri, id est curia deorum pulsos, Piso et Gabinius Coss, non utique Christiani, eversis etiam aris eorum abdicaverunt, turpium et otiosarum superstitionum vitia cohidentes. His vos restitutis summanam majestatem contulistis. Ubi religio? ubi veneratio majoribus debita a vobis? Habitum, victu, et instructu, sensu, ipso denique sermone proavis renunciastis. Laudatis semper antiquitatem, et nove de die vivitis. Per quod ostenditur, dum a bonis majorum institutis deceditis, ea vos retinere, et custodire, quae non debuistis, cum quae debuistis, non custoditis. Adhuc quod videmini fidelissime tueri a patribus traditum, in quo principaliter reos transgressionis Christianos destinatis studium dico deorum coelendorum, de quo maxime erravit antiquitas, licet Serapidi jam Romano aras restruxeritis, licet Baccho jam Italico furias vestras immolaritis, suo loco ostendam, proinde despici et negligi et destrui a vobis adversus majorum autoritatem. Nuuc enim ad illam occultorum facinorum infamiam respondebo, ut jam inde ad manifestiora pergam.

CAP. VII.

QUOD GRAVISSIMIS ACCUSATI SCELERIBUS CHRISTIANI, NUNQUAM
TAMEN CONVICTI SINT.

Dicimus sceleratissimi de sacramento infanticidii, et pabulo inde, et post convivium incesto, quod eversores luminum canes, leones scilicet, tenebrarum et libidinum impiarum inverecundiam procurent. Dicimus tamen semper, nec vos quod tamdiu dicimus eruere curatis. Ergo aut eruete, si creditis: aut nolite credere, qui non eruistis. De vestra nobis dissimulatione praescribitur non esse, quod nec ipsi auditis eruere. Longe aliud munus carnificii in Christianos imperatis, non ut dicant quae faciunt, sed ut negent quod sunt. Census istius disciplinae, at jam edidimus, a Tiberio est. Cum odio sui coepit veritas: simul atque apparuit inimica esse. Tot hostes ejus, quot extranei: et quidem proprii, ex aemulatione, Judeaei: ex concussione milites: ex natura ipsis etiam domesticis nostris, quotidie obsidemur, quotidie prodimur: in ipsis plurimum coetibus, et congregationibus nostris opprimimur: quis unquam taliter vagienti infanti supervenit? quis cruenta, ut invenerat, Cyclopum et Sirenum ora judici reservat? quis vel in uxoribus aliqua immunda vestigia deprehendit? quis talia facinora, cum invenisset, celavit, aut vendidit, ipsos trahens homines? Si semper latemus, quando proditum est quod admittimus? Imo a quibus prodi potuit? Ab ipsis enim reis non utique, cum vel ex forma omnibus mysteriis silentii

fides adhibeat. Samothracia, et Eleusinia reticentur. Quanto magis talia prodita interim etiam humanam animadversionem provocabunt, quam dum divinae servantur? Si ergo non ipsi proditores sui, sequitur, ut extranei. Et unde extraneis notitia? cum semper etiam impiae initiationes arceant profanos, et arbitris caveant, nisi si impii minus metuant.

CAP. VIII.

NON ESSE CREDENDUM FAMAE.

Natura famae omnibus nota est. Vestrum est, Fama malum, quo non aliud velocius ullum. Cur malum fama? quia velox, an quia plurimum mendax? quae ne tunc quidem, cum aliquid veri assert, sine mendacii vitio est, detrahens, adjiciens, demutans de veritate. Quid, quod ea illi conditio est, ut non, nisi cum mentitur, perseveret: et tamdiu vivit, quamdiu non probat. Siquidem ubi probavit, cessat esse, et quasi officio nunciandi functa, rem tradit: et exinde res tenetur, res nominatur. Neo quiesquam dicet verbi gratia, Fama est hoc Romae factum, aut, Fama est illum, provinciam sortitum: sed sortitus est ille provinciam, et hoc factum Romae. Fama incerti est; locum non habet, ubi certum est. An vero famae credit, nisi inconsideratus? quia sapiens non credit incerto. Omnia est aestimare quantacunque illa ambitione diffusa sit, quantumcunque asseveratione constructa, quod ab uno aliquando principe exorta sit, necesse est exinde in traduces linguam et aurium serpat. Et ita modici seminis vitium caetera rumoris obsecrat, ut nemo recognitet ne primum illud os mendacium seminaverit: quod saepe fit aut ingenio aemulacionis, aut arbitrio suspicionis, aut non nova, sed ingenita quibusdam mentiendi voluptate. Bene autem quod omnia tempus revelat, testibus, etiam vestris proverbiis, atque sententiis, ex dispositione naturae: quae ita ordinavit, ut nihil diu lateat, etiam quod fama non distulit. Merito igitur fama tamdiu consicu sola est scelerum Christianorum. Hanc indicem adversus nos profertis: quae, quod aliquando jactavit, tantoque spatio in opinionem corroboravit, usque adhuc probare non valuit.

CAP. IX.

QUOD QUAE DE INFANTICIDIIS OBIICIUNTUR NOBIS FALSA OMNINO SINT, ET QUOD SACRA HUMANO SANGUINE IPSI POTUIS POLLUANT.

Ut fidem naturae ipsius appellem adversus eos, qui talia credenda esse praesumunt, ecce proponimus horum facinorum mercedem vitam aeternam, reprobunt: credite interim. De hoc enim querero, an et qui credideris, tanti habeas ad eam tali conscientia pervenire? Veni, demerge ferrum in infantem nullius inimicum, nullius reum, omnium filium: vel si alterius officium est, tu modo assiste morienti homini ante quam vixit: fugientem animam novam expecta: excipe rudem sanguinem, eo panem tuum satia, vescere libenter. Interea discubens dinumeris loca, ubi mater, ubi soror, nota diligenter: ut cum tenebrae ceciderint caninae, non erres: piaculum enim admiseris, nisi incestum feceris. Talia initiatus et consignatus vivis in aevum. Cupio respondeas, si tanti aeternitas: aut si non, ideo nec credenda. Etiam si credideris, nego te velle: etiam si volueris, nego te posse. Cur ergo alii possunt, si vos non potestis? cur non possitis, si alii possunt? Alia nos, opinor, natura Cyclopes aut Sciapodes, alii ordines dentium, alii ad incestam libidinem

anto magis
provocabunt,
ui, sequitur,
iam impiae
mpii minus

m, quo non
a plurimum
ne mendacii
quod ea illi
amdiu vivit,
quasi officio
natur. Nec
t, Fama est
hoc factum
t. An vero
dit incerto.
sit, quanta-
ncipe exorta
pat. Et ita
recogitet ne
aut ingenio
nita quibus-
velat, testi-
ne naturae:
non distulit,
ristianorum;
ndo jactavit,
probare non

SA OMNINO
OLLUANT.

edenda esse
vitam aeter-
ni et qui cre-
ni, demerge
filium: vel
quam vixit:
n, eo panem
ra loca, ubi
int caninae,
eris. Talia
reas, si tanti
eris, nego te
t, si vos non
inor, natura
m libidinem

nervi. Qui ista credis de homine, potes et facere. Tu homo es et ipse, quod et Christianus. Qui non potes facere, non debes credere. homo est enim et Christianus, quod et tu. Sed ignorantibus subiicitur, et imponitur, nihil enim tale de Christianis asseverari sciebant, observandum utique sibi, et omni vigilantia investigandum. Atqui volentibus initiari moris est (opinor) prius patrem illum sacram adire, quae praeparanda sint describere, tum ille infans ^{et} necesse erit adhuc tener, qui nesciat mortem, qui sub cultro tuo rideat. Item panis, qui sanguinis virulentiam colligat, praeterea candelabra, et lucernae, et canos aliqui, et osulae, quae illos ad eversionem luminum extendant, ante omnia cum matre et sorore tua venire debebis. Quid si noluissent, vel nullae fuerint? quid denique singulares Christiani? non erit (opinor) legitimus Christianus, nisi frater, aut filius. Quid nunc? et si ista omnia ignarissimis praeparantur, certe postea cognoscunt, et sustinent, et ignorant. Timent plectri, si proclamant, qui defendi merebuntur, qui etiam ultro perire malint, quam sub tali conscientia vivere. Age nunc timeant, cur etiam perseverent? Sequitur enim ne ultra velia ad te esse, quod si prius scisses, non fuisses Haec quod magis refutaverim, a vobis fieri ostendam, partim in aperto, partim in occulto, per quod forsitan et de nobis credidistis. Infantes penes Africam Saturno immolabantur, palam usque ad proconsulatum Tiberii, qui eosdem sacerdotes in eisdem arboribus templi sui obumbratricibus scelerum, votivis crucibus exposuit, teste militiae patriae nostrae, quae idipsum munus illi proconsuli functa est. Sed et nunc in occulto perseverant hoc sacrum facinus, non soli vos contemnunt Christiani, nec ullum scelus in perpetuum eradicator, aut mores suos alieui deus mutat. Quum propriis filiis Saturnus non pepercit, extraneis utique non parendo perseverabat, quos quidom ipsi parentes sui offerebant, et libentes exponebant, et infantibus blandiebantur, ne lachrymantess immolarentur, et tamen multum homicido parricidium differt. Major aetas apud Gallos Mercurio prosecutur. Remitto Tauricas fabulas theatris suis. Ecce in illa religiosissima urbe Aeneadum piorum est Jupiter quidam, quem ludis suis humano prolunt sanguine. Sed bestiariorum, iniquitis. Opinor hoc mihius quam hominis, an hoc turpius, quod mali hominis? certe tamen de homicidio funditur. O Jovem Christianum, et solum patria filium de crudelitate. Sed quoniam de infanticidio nihil interest, sacro an arbitrio perpetraretur, licet parricidium homicidio intersit, convertar ad populum. Quot vulnis ex his circumstantibus, et in Christianorum sanguinem hiantibus, ex ipsis etiam vobis justissimus et severissimus in nos praesidibus apud conscientias pulsem, qui natos sibi liberos ene- cent? Siquidem et de genere necis differt, utique crudelius in aqua spiritum extorquetis, aut frigori, et fami, et canibus exponitis, fero enim mori etas quoque major optabit. Nobis vero homicidio semper interdicto, etiam conceptum utero, dum adhuc sanguis in hominem delibatur, dis- solvevere non licet. Homicidii festinationem est prohibere nasci. Nec refert, natam quis eripiat animam, an nascentem disturbet. Homo est et qui est futurus, etiam fructus omnis jam in semine est. De sanguinis pabulo, et ejusmodi Tragicis ferulis legit, necubi relatum sit: est apud Herodotum (opinor) diffusum brachialis sanguinem ex alterutro degustatum nationes quasdam foederi comparasse. Nescio quid et sub Catilina degustatum est. Ajunt apud quosdam gentiles Scytharum, defunctum quemque a suis comedti. Longe excurre: hodie isthie Bellonae sacratus sanguis de semore proscisso in palmulam exceptus, et suis datus signatis. Item illi, qui munere in arena noxiorum jugulatorum sanguinem recentem de-

jugulo decurrentem exceptum avida siti comitiali morbo medentes aferunt: ubi sunt item illi, qui de arena ferinis obsoniis coenant? qui de apro, qui de cervo petunt? Aper ille, quem orueruntavit, luctando detersit: Cervus ille, in gladiatoriis sanguine jactavit. Ursorum alvoi appetuntur trucidatis adhuc se visceribus humanis. Ructatur proinde ab homine caro pasta de homine. Haec qui edit, quantum abestis a convivis Christianorum? Minus autem et illi faciunt, qui libidine fera humanis membris inhiant, quia vivos vorant? minus humano sanguine ad spuriatam consecrantur, quia futurum sanguinem lambunt? non edunt infantes plane, sed magis puberes. Erubescat error vester Christianos, qui ne animalium quidem sanguinem in epulis esculentis habemus: qui propterea quoque suffocatis, et morticiniis adstinximus, ne quo sanguine contaminemur vel intra viscera sepulto. Denique inter tentamenta Christianorum, botulos etiam cruento distentos admovetis, certissimi scilicet illicitum esse penes illos, per quod exorbitare eos vultis. Porro quale est, ut quo sanguinem pecoris horrere confiditis, humano inhiare creditatis? nisi forte suaviorem eum experti. Quem quidem ipsum proinde examinatorem Christianorum exhiberi ut foculum, ut acerram oporebat: proinde enim probarentur sanguinem humanum appetendo, quemadmodum sacrificium respondo; alioquin necandi si non gustassent, quemadmodum si immolasset; et utique non deesseset vobis in auditione custodiuarum, et damnatione, sanguis humanus. Proinde incesti qui magis, quam quos ipse Jupiter docuit? Persas cum suis matribus miseri Cteias referit. Sed et Macedones suspecti, quia cum primum Oedipum Tragoediam audissent, ridentes incesti dolorem, *quaer* dicebant. Nam nunc recogitate quantum licet erroribus ad incesta miscenda suppeditante materiae passivitate luxurias? In primis filios exponitis suscipiendos ab aliqua praeterente matre extranea, vel adoptandos melioribus parentibus emancipatis. Alienati generis necesse est quandoque memoria dissipari: et simul error impegnerit; exinde jam tradux proficiet incesti, serpente genere cum scelere. Tunc deinde quicunque in loco, domi, peregre, trans freta, comes est libido: cuius ubique saltus facile possunt aliqui ignarus filios pangere, vel ex aliqua feminis portione, uti aspersum genus per commercia humana concurrat in memorias suas, neque eas coetus incesti sanguinis agnoscat. Nos ab isto eventu diligenter et fideliter castitas sepeit: quantumque ab stupris, et ab omni post matrimonium excessu, tantum et ab incesti casu tuti sumus. Qui-dam multo securiores totam vim hujus erroris virginis continentia depellunt, senes, pueri. Si haec esse consideraretis, proinde in Christianis non esse perspiceretis; iidem oculi renunciassent utrumque. sed caecitati duas species concurrunt, ut qui non vident quae sunt, et videre videantur quae non sunt. Sic per omnia. Nunc de manifestioribus dicam.

CAP. X.

DEOS, QUOS COLUNT, NON ESSE DEOS.

Deos, inquit, non colitis, et pro Imperatoribus sacrificia non penditis. Sequitur, ut cadem ratione pro aliis non sacrificemus, quia nec pro nobis ipsi. Scimus deos non colendos. Itaque sacrilegi, et majestatis rei conveniuntur. Summa haec causa, immo tota est, et utique digna cognosci, si non praesumptio, aut iniquitas judicet: altera quae desperat, altera quae recusat veritatem. Deos vestros colere definimus, ex quo illos non

entes auferunt? qui deinde detersit: appetuntur ab hominibus a convivis sphaera humanis ad spurcitudinibus infantes ianis, qui nesciuntur: qui propinquie contenta Christianissimi scilicet Porro qualiter inhiare credebat: quemadmodum assent, que in auditione inceps qui tribus misceri oculum Oedipum debebant. Nam iuncta suppeditis suscipiens melioribus doque memordux proficiet in loco, saltus facile portione, uti emorias suas, ventu diligenter, et ab omnibus sumus. Qui continentis deis, proinde in eum utrumque. quae sunt, et manifestioribus

esse cognoscimus. Hoc igitur exigere debet, ut probemus non esse illos deos, et idcirco non colendos, quia tunc demum colli debuissent, si dii fuissent. Tunc et Christiani puniendi, si quos non olerent, quia putarent non esse, constaret illos deos esse. Sed nobis, inquit, dii sunt. Appellamus et provocamus a vobis ad conscientiam vestram; illa nos judicet, illa nos damnet, si poterit negare omnes istos deos vestros homines fuisse. Sed et ipsa infacia si jerit, de suis antiquitatibus instrumentis revinoetur, de quibus eos didicit, testimonium perhibentibus ad hodierum, et civitatis in quibus nati sunt, et regionibus, in quibus aliquid operari, vestigia reliquerunt, in quibus etiam sepulti demonstrantur. Num ergo per singulos decurrant, tot ac tantos, novos veteres, servos, Barbaros, Graecos, Romanos, peregrinos, captivos, adoptivos, proprios, communes, masculinos, foeminas, rusticos, urbanos, nauticos, militares? otiosum est etiam titulos persequi, colligam in compendium, et hoc non quo cognoscatis, sed recognoscatis, sorte enim oblitos agitis.

CAP. XI.

QUOMODO VETERUM DII PLANE MORTALES FURE, ET QUARE, CUM HOMINES ESSENT, FACTI SINT AB HOMINIBUS DI.

Ante Saturnum Deus penes vos nemo est. Ab illo census totius vel potioris, vel notioris divinitatis. Itaque quod de origine constiterit, id est de posteritate conveniet. Saturnum itaque, quantum literae docent, neque Diodorus Graecus, aut Tallus, neque Cassius Severus, aut Cornelius Nepos, neque ullus commentator ejusmodi antiquitatem aliud quam hominem promulgaverunt. Si quaeras rerum argumenta, nusquam invenio fideliora, quam apud ipsam Italiam, in qua Saturnus post multas expeditiones, postque Attica hospitia, consedit, exceptus ab Iano, vel Jane, ut Salii volunt. Mons quem coluerat, Saturnius dictus: civitas, quam debellaverat, Saturnia usque nunc est: Tota denique Italia post Cenotriam, Saturnia cognominabatur. Ab ipso primum tabula, et imagine signatus numus, et inde aerario praesidet. Tamen si homo Saturnus, utique ex homine: et quia ab homine, non utique de coelo, et terra. Sed cuius parentes ignoti erant, facile fuit eorum filium dici, quorum et omnes possumus videri. Quis enim non coelum, et terram, matrem ac patrem venerationis et honoris gratia appellat, vel ex consuetudine humana, qua ignoti, vel ex inopinato apparentes, de coelo supervenisse dicuntur? Proinde Saturnum repentina adventu ubique coelitem contigit dici. Nam et terrae filios vulgus vocat, quorum genus incertum est. Taceo quod ita rudes adhuc homines agebant, ut cuiuslibet novi viri aspectu, quasi divino commoverentur: cum hodie jam politi, quos ante paucos dies luctu publico mortuos sint confessi, in deos consecrarent. Satis jam de Saturno, licet paucis. Etiam Jovem ostendemus tam hominem quam ex homine, et deinceps totum generis examen tam mortale quam seminis sui par est: quoniam sicut illos homines fuisse non audetis negare, ita post mortem Deos factos instituistis asseverare. Causas, quae hoc exegerint, retractemus. In primis quidem necesse est, concedatis esse aliquem sublimiorem deum, et mancipem quidem divinitatis, qui ex hominibus deos fecerit. Nam neque sibi illi potuissent sumere divinitatem, quam non habebant, nec alius praestare eam non habentibus, nisi qui proprie possidebat. Ceterum si nemo esset, qui deos faceret, frustra praesumitis deos factos auferendo factorem. Certe quidem si ipsis se facere potuissent, nunquam homines fuisse,

non pendit. nec pro nobis majestatis rei digna cognosci, esperat, altera x quo illos non

possidentes scilicet melioris conditionis potestatem. Igitur si est qui
 faciat deos, revertor ad causas examinandas faciendorum ex hominibus
 deorum: nec ullas invenio, nisi si ministeria et auxilia officia divinis
 desideravit ille magnus deus. Primo indignum est, ut alicujus opera
 indigeret et quidem mortui, cum dignius ab initio deum aliquem
 fecisset, qui mortui erat operam desideraturus. Sed nec operae
 locum video. Totum enim hoo munda corpus sive innatum et infac-
 tum secundum Pythagoram, sive natum et factum secundum Plato-
 nem, semel utique in haec constructione dispositum, et instructum, et
 ordinatum, cum omni rationis gubernaculo inventum est. Imperfectum
 non potuit esse, quod perficit omnia. Nihil Saturnum, et Saturniam
 gentem expectabat. Vani erunt homines, nisi certi sint a primordio, et
 pluvias de coelo ruisse, et sidera radiasse, et lumina floruisse, et tonitrua
 ruguisse, et ipsum Jovem, quae in manu ejus ponitis, fulmina timuisse.
 Item omnem frugem ante Liberum, et Cererem, et Minervam, imo ante
 illum aliquem principem hominem de terra exuberasse, quia nihil conti-
 nendo et sustinendo homini prospectum post hominem potuit inferri.
 Denique invenisse dicuntur necessaria ista vitae, non instituisse, quod
 autem invenitur, fuit: et quod fuit, non ejus deputabitur qui invenit, sed
 ejus qui institut. Erat enim ante, quam inveniretur. Caeterum si prop-
 terea Liber Deus, quod vitem demonstravit, male cum Eucleo actum
 est, qui primus cerasa ex Ponto Italiae promulgavit, quod uon est prop-
 terea consecratus, ut novae frugis autor, qui inventor et ostensor. Quam
 ob rem si ab initio et instructa, et certis exercendorum officiorum suorum
 rationibus dispensata universitas constitit, vacat ex hac parte causa alle-
 gendae humanitatis in divinitatem: quia quas illis stationes et potestates
 distribuistis, tam fuerunt ab initio, quam et fuisent, etiam si deos istos
 non creassetis. Sed convertimini ad causam aliam, respondentes colla-
 tionem divinitatis meritorum remunerandorum fuisse rationem. Et hinc
 concedetis (opinor) illum deum deificum justitia precelere, qui nec temere,
 nec indigne, nec prodige tantum praemium dispensarit. Volo igitur
 merita recensare, an ejusmodi sint, ut illos in coelum extulerint, et non
 potius in imum Tartarum merserint, quem carcerem poenarum infernarum,
 cum vultis, affirmatis. Illuc enim abstrudi solent impii quicunque in
 parentes, et in sorores incesti, et maritarum adulteri, et virginum rapto-
 res, et puerorum contaminatores, et qui saeviunt, et qui occidunt, et qui
 furantur, et qui decipiunt, et quicunque similes sunt alicujus dei vestri:
 quem neminem integrum a crimine aut vitio probare poteritis, nisi homi-
 nem negaveritis? Atqui ut illos homines fuisse non possitis negare,
 etiam istae notae accedunt, quae nec deos postea factos credi permittunt.
 Si enim talibus vos punienda praesidetis, si commercium, colloquium,
 convictum malorum et turpium probi quicque respites, horum autem
 pares deus ille majestatis suae consortio adstruit: quid ergo damnatis
 quorum collegas adoratis? Suggillatio est in coelo vestra justitia. Deos
 facitis criminissimos quosque, ut placeatis diis vestris, illorum est
 honor, consecratio coequum. Sed, ut omittam hujus indignitatis
 retractatum: probi et integri et boni fuerint, quet tamen potiores viros
 apud inferos reliquistis, aliquem de sapientia Socratem, de justitia Aris-
 tidem, de militia Themistoclem, de sublimitate Alexandrum, de felicitate
 Polycratem, de copia Croesum, de eloquentia Demosthenem? Quis ex
 illis diis vestris gravior et sapientior Catone? Justior et militior
 Scipione? Quis sublimior Pompeio? Felicior Sylla? copiosior Crasso?
 eloquentior Tullio? Quanto dignius istos deus ille assumendos expec-

tur si est qui
ex hominibus
felicia divinis
alieuius opera
eum aliquem
ne opera
tum et infac-
tandum. Plato-
instructum, et
Imperfectum
et Saturniam
a primordio, et
esse, et tonitrua
nina timuisse.
vam, imo ante
nia nihil conti-
potuit inferri.
stituisse, quod
qui invenit, sed
eterum si prop-
Eucullo actum
non est prop-
stensor. Quam
eiorum suorum
parte causa alle-
xes et potestates
m si deos istos
condentes colla-
nem. Et hinc
qui nec tomere,
at. Volo igitur
xtulerint, et non
parum inferna-
impii quique in
virginum rapto-
occidunt, et qui
cujus dei vesti :
ritis, nisi homi-
possitis negare,
redi permitunt.
um, colloquium,
horum autem
ergo damnatis
a justitia. Deos
tris, illorum est
opus indignitatis
en potiores viros
de justitia Aris-
rum, de felicitate
enem? Quis ex
tior et militarior
copiosior Cresco?
sumendos expec-

CAP. XII.

QUAM ~~AN~~ DEORUM SIMULACHRA.

Cesso jam de istis, ut qui sciam me ipsa veritate demonstraturum quid non sint, cum ostendero quid sint. Quasnum igitur de Diis vestris, nomina solummodo video quorum veterum mortuorum, et fabulas audio, et sacra de fabulis recognosco. Quantum autem de simulachris ipsius, nihil aliud reprehendo, quam matres, sorores esse vasculorum, instru-
mentorumque communium, vel ex iisdem vasculis et instrumentis quasi
fatum consecratione mutantes, licentia artis transfigurante et quidem
contumeliosissime, et in ipso opere sacrilego: ut re vera nobis maxime,
qui propter doos ipos plectimur, solarium poenarum esse possit, quod
eadem et ipsi patiuntur, ut fiant. Crucibus, et stipitiibus imporantis
Christianos. Quod simulachrum non prius argilla deformat, cruci et
stipiti superstructa? in patibulo primum corpus Dei vestri dedicatur.
Ungulis deraditis latera Christianorum: At in deos vestros per omnia
membra validius incumbunt asciae, et scobinae. Cervices ponimus,
ante plumbum et glutinum et gomphos: sine capite sunt dii vestri. Ad
bestias impellimur: certe, quas Libero et Cybele et Cereri applicatis.
Ignibus urimur. Hoc et illi prima quidem massa. In metalla damnam-
ur. Inde censentur dici vestri. In insulis relegamur. Solet et in
insula aliquis Deus vester aut nasci, aut mori. Si per haec constat
divinitas aliqua, ergo cum qui puniuntur, consecrantur, et numina erunt
dicenda supplicia. Sed plane non sentiunt has injurias, et contumelias
suae fabricationis dici vestri, sicut nec obsequia. O impia voces, o
sacrilega convitia! Infrendite, inspurnate, iidem estis qui Senecam aliquem
pluribus et majoribus de vestra superstitione perorantem reprehendistis.
Igitur si statuas, et imagines frigidas mortuorum suorum simillimas non
adoramus, quas milvi et mures et araneae intelligunt, nonne laudem
magis quam poenam merebatur repudium agniti erroris? Possumus enim
videri laedere eos, quos certi sumus omnino non esse? Quod non est,
nihil ab ulla patitur, quia non est. Sed nobis dici sunt, inquitis. Et
quomodo vos e contrario impii, et sacrilegi, et irreligiosi erga Deos
vestros deprehendimini? qui quos praesumitis esse, negligitis: quos
timetis, destruitis: quos etiam viadicatis, illuditis. Recognoscite, si
mentiar: primo, quia cum alii colitis, utique quos non colitis, offenditis.
Praelatio alterius, sine alterius contumelia non potest procedere,
quia neo electio sine reprobatione. Jam ergo contemnitis, quos reproba-
tis, quos reprobando offendere non timetis. Nam ut supra perstrinximus,
status dei cuiusque in senatus aestimatione pendebat. Deus non erat,
quem homo consultus noluisset, et nelendo damnasset.

CAP. XIII.

DE LARIBUS.

Domesticos Deos, quos Lares acitis, domestici protestate tractatis,
pignerando, venditando, demutando, aliquando in cacabolum de Saturno,
aliquando in trullam de Minerva, ut quisque contritus atque concussus
est, dum diu colitur: ut quisque dominus sanctiorem expertus est do-
mesticam necessitatem. Publicos aequo publico jure foedatis, quos in
hastario vectigales habetis. Sic Capitolium, sicut Oliotorum forum petitur:

sub eadem voce praeconis, sub eadem hasta, sub eadem annotatione Quaestoria divinitas addicta conducebitur. Sed enim agri tributo onusati viiores, hominum capita stipendio censa ignobiliora, nam haec sunt notae captivitatis: Dii vero, qui magis tributari, magis sancti: imo qui magis sancti magis tributari. Majestas quaestuaria efficitur. Circuit capuana religio mendicans. Exigitur mercedem pro solo templi, pro aditu sacri, non licet deos nosse gratis; venales sunt. Quid omnino ad hono-randos eos facitis, quod non etiam mortuis vestris conferatis? ordes proinde, aras proinde: idem habitus, et insignia in statu: ut cetas, ut ars, ut negotium mortui fuit, ita Deus est. Quo differt ab Epulo Jovis Silicernium? a Simpulo Obbu? ab aruspice Pollinctor? Nam et aruspex mortuis appareret. Sed digne imperatoribus defunctis honorem divinitatis dicitur, quibus et viventibus eum addictio. Accepto ferent dii vestri, imo gratulabuntur, quod pares eis fiant domini sui. Sed cum Larentinam publicum scortum, velim saltem Laudem aut Phrynen, inter Junones et Cereres ac Dianas adoratis: cum Simonem magum statua et inscriptione SANCTI DEI inauguratis, cum de paedagogiis sulticis nescio quem cinaedum deum facitis, licet non nobiliores dii veteres, tamen contumeliam a vobis deputabant hoc et aliis licuisse, quod solis antiquitas contulit.

CAP. XIV.

DE SACRIFICANDI RITU, ET QUID POETAE DE DIIS FABULATI SINT.

Volo et ritus vestros recensere, non dico quales sitis in sacrificando, cum enecta, et tabidosa, et scabiosa quaque mactatis: cum de opimis et integris supervacua quaque truncatis, capitula et ungulas, quae domi quoque pueris vel canibus destinassetis: cum de decima Herculis nec tertiam partem in aram ejus imponitis, laudo magis sapientiam, quod de perditio aliquid eripitis. Sed conversus ad literas vestras, quibus informamini ad prudentiam, et ad liberalia officia, quanta invenio ludibria? Deos inter se propter Trojanos et Achivos, ut gladiatorium patria congressos depugnasse: Venerem humana sagitta sauciata, quod filium suum Aeneam pene interfuctum ab eodem Diomede rapere vellet: Martem tredecim mensibus in vinculis pene consumptum: Jovem ne eandem vim a caeteris cõlitibus experiretur, opera cuiusdam monstri liberatum, et nunc slientem Sarpedonis casum, nunc foede subantem in sororem, sub commemoratione non ita dilectorum jam pridem amicatum. Exinde quis non Poeta ex autoritate principis sui dedicatorum inventitur Deorum? Hic Apollinem Admeto Regi pascendis pecoribus addicit, Ille Neptuni structorias operas Laomedonti locat. Est et de Lyricis (Pindarum dio) qui Æsculapium canit avaritiae merito, qua inæducinam nocenter exercebat, fulmine vindicatum. Malus Jupiter, si fulmen illius est, impius in nepotem, invidus in artificem. Haec neque vera prodi, neque falsa configi apud religiosissimos oportebat. Nec Tragici quidem aut Comici parcunt, ut non aerumnas vel errores domus aliquijus dei preeferant. Taceo de philosophis, Socrate contentus, qui in contumeliam deorum, Quercum et Hiricum et Canem dejerabat. Sed propterea damnata est Socrates, quia deos destruebat. Plane olim, id est semper, veritas odio est. Tamen cum poenitentia sententiae Athenienses, et criminatores Socratis postea affixerint, et imaginem ejus auream in templo collocarint, rescissa damnatio testimonium Socrati reddidit. Sed et Diogenes nescio quid in Herculem iudicavit, et Romanus Cynicus Varro trecentos Joves, sive Jupiteres dicendum, sine capitibus introduxit.

CAP. XV.

QUAM SINT POMPA QUAR IN THEATRIS, AC SCENA DE DIIS
PRABSENTANTUR.

Caetera lasciviae ingenia etiam voluptatibus vestris per deorum dedecus operantur. Dispicio Lentulorum, et Hostiliorum venustates, utrum nimis an deos vestros in jocis et strophis rideant : Moechum Anubim masculum Lunam, et Dianam flagellatam, et Jovis mortui testamentum recitatum, et tres Hercules famelicos irratos. Sed et histriorum literas omnem fooditatem eorum designant. Luget Sol filium jactatum de coelo lactantibus vobis ; et Cybolo pastorem suspirat fastidiosum, non orubescens vobis ; et sustinetis Jovis ologia cantari : et Junoneam, Venerem, Minervam, a pastore judicari. Quid, quod imago dei vestri ignominiosissimum caput, et famosum vestit : quod corpus impurum, et ad istam artem effloaminae productum Minervam aliquam, vel Hercoleum representat ? nonne violatur maiestas, et divinitas constupratur laudantibus vobis ? Plane religiosiores estis in caven, ubi super sanguinem humanum super inquinamenta poenarum proinde saltant dii vestri, argumenta et historias noxiis ministrantes, nisi quod et ipsos deos vestros aeepe noxxi induunt. Vidimus aliquando castratum Atyn illum deum ex Pessinunte, et qui vivus ardebat, Herculem induerat. Risimus et inter ludicias meridianorum crudelitates, Mercurium mortuos cauterio examinantem. Vidimus et Jovis fratrem gladiatorum cadavera cum malleo deducentem. Singula ista, quaeque adhuc quis posset investigare, si honorem inquietant divinitatis, si majestatis vestigia obsoletant ; de contemptu utique censentur, tam eorum qui ejusmodi factitant quam eorum quibus factitant. Sed ludicia ista sint. Caeterum, si adjiciam quae non minus conscientiae omnium recognoscunt, in templis adulterii componi, inter aras lenocinia tractari, in ipsis plerunque edituorum et sacerdotum tabernaculis, sub iisdem vittis et apicibus et purpura thuro flagrante libidinem expungi, nescio neplus de vobis dii vestri, quam de Christianis querantur. Certe sacrilegi de vestris semper apprehenduntur : Christiani templa nec interdiu norunt, spoliarent forsan ea et ipsi, si et ipsi ea adorarent. Quid ergo colunt, qui talia non colunt ? Jam quidem intelligi subjetat, veritatis esse cultores, qui mendacii non sint : Neo errare amplius in eo, in quo errasse se recognoscendo cessaverint. Hoc prius capite, et omnem hinc sacramenti nostri ordinem haurite, repercussis tamen opinionibus falsis.

CAP. XVI.

DE CAPITE ASININO, ET CARTERIS INSIGNIBUS, QUORUM CULTURA
CHRISTIANIS OBJICIEBatur.

Nam quidam somniastis caput asininius esse deum nostrum. Hanc Cornelius Tacitus suspicionem ejusmodi inseruit. Is enim in quinto historiarum suarum bellum Judaicum exorsus ab origine gentis, etiam de ipsis tam origine, quam de nomine et religione gentis, quae voluit argumentatus, Judaeos refert Aegypto expeditos, sive ut putavit, extores vastis Arabiae in locis aquarum egentissimos, cum siti macerarentur, Onagris, qui forte de pastu potum petituri aestimabantur, indicibus, fontibus usos : ob eam gratiam consumilis bestiae effigiem consecrassae. Atque ita inde (opinor) presumptum, nos quoque, ut Judaeas religionis propinquas, idem simulachro initiari. At enim idem Cornelius Tacitus,

sane ille mendaciūm loquacissimum in eadem historia refert Cu. Pompeium, cum Hierusalem cepisset, propterea templum adiisset speculandis Iudaicæ religionis arcana, nullum illic reportare simulachrum. Et utique si id celebatur, quod aliqua effigie representabatur nusquam magis quam in sacerario suo exhiberetur, eo magis, quia nec verebatur extraneos arbitros quanquam vana cultu. Solis enim sacerdotibus adire licetum, et conspectus casterorum velo oppannes interdicebatur. Vos tamen non negotiabitis et jumenta omnia, et totos cantherios, cum sua Hippona coli a vobis. Hoc forsitan improbadum, quod inter cultores omnium pœcum bestiarumque Asinari tantum sumus. Sed et qui crucis nos religiosos putat, consecutaneus noster erit. Cum lignum aliquod propitiatur, videret habitus, cum materiae qualitas eadem sit: videtur forma, dum id ipsum dei corpus sit, et tamen quanto distinguitur a crucis stipto Pallas Atticæ? et Ceres farrea, quae sine effigie rudi polo, et informi ligno proustant? Pars crucis est omne robur, quod erecta statione desfigitur, nos si forte integrum et totum deum columis. Diximus originem deorum vestrorum a platis de cruce induci. Sed et victorias adoratis, cum in trophyis crucis intestina sint trophyorum. Religio Romanorum tota castrensis, signa veneratur, signa jurat: signa omnibus diis praesertim. Omnes illo imaginum suggestus insignes, monilia crucium sunt: Sypara illa vexillorum et Labororum, stolæ crucium sunt. Laudo diligentiam, noluntis nudas et incolitas crucis consecrare. Alii plane humanius et verisimilius Solem credunt deum nostrum. Ad Persas si forte deputabimur, licet solem non in linteum depictum adorremus, habentes ipsum ubique in suo clypeo. Denique inde suspicio, quod innotuerit nos ad orientis regionem precari. Sed et plerique vestrum, affectione aliquando et coelestia adorandi, ad solia ortum labii vibratis. Neque si diem Solis laetitiae indulgemus, alia longe ratione quam religione Solis, secundo loco ab eis sumus, qui diem Saturni otio et victui decornunt, exorbitantes et ipsi a Judaico more, quem ignorant. Sed nova jam Dei nostri in ista civitate proxime aeditio publicata est, ex quo quidam in frustraadis boetii mercenarii noxius picturam propositi cum ejusmodi inscriptione:

DEUS CHRISTIANORUM ONONYCHITES.

Erat auribus asininis, altero pede ungulatus, librum gestans et togatus Risirus et nomen et formam. Sed illi debebant adorare statim biforme numen, qui et canino, et leonino capite commixtos, et de capro, et de ariete cornutis, et a turbis hircos, et a cruribus serpentis, et planta vel tergo deos receperunt. Haec ex abundantia, ne quid rumoris irrepercussio usus de conscientia, praeterissemus: quae omnia conversi jam ad religionem nostram repurgabimus.

CAP. XVII.

QUOD UNUS SIT DRUS ET VERUS, MULTIS ARGUMENTIS PROBARI POSSIT.


Quod colimus, deus unus est, qui totam mollem istam cum omni instrumento elementorum, corporam, spirituum, verbo; quo jussit: ratione, qua dispositus: virtute, qua potuit, de nihilo expressit in ornamentum maiestatis suae, unde et Graeci nomen mundo *κοσμον* accommodaverunt. Invisibilis est, et si videatur. Incomprehensibilis, et si per gratiam representetur. Inestimabilis, et si humanis sensibus aestimetur. Adeo verus, et tantus est. Caeterum quod videri communiter, quod

comprehendi, quod aestimari potest, minus est, et oculis, quibus invenitur, et manibus, quibus contaminatur, et sensibus, quibus inventur. Quod vero immensum est, soll sibi notum est. Hoc quod est deum aestimari facit, dum aestimari non capit. Ita eum via magnitudinis, et notum hominibus objectit, et ignotum: et haec est summa delicti nolentium recognoscere, quem ignorare non possunt. Vultis ex operibus ipsius tot, ac talibus, quibus coquinemur, quibus sustineamur, quibus oblectamur, etiam quibus extorremur: vultis ex animis ipsius testimonio comprobemus? quo licet carcero corporia pressa, licet institutionibus pravis circumscripta, licet libidinibus et concupiscentiis vigorata, licet falsis ditis exanicillata, cum tamen resipisci, ut ex crapula, ut ex somno, ut ex aliquo valetudine, et sanitatem suam patitur, et deum nominat solus, quia proprio verus hic unus deus, bonus et magnus, et quod deus dederit, omnium vox est. Judicemus quoque contestatur, illum Deus videt, et Deo commendando, et Deus mihi reddet. O testimonium animae naturaliter Christianae. Denique pronuntians haec, non ad capitolium, sed ad coolum respicuit. Novit enim sedes dei vivi: Ab illo, et inde descendit. Sed quo pleniū of impressius tam ipsum, quam dispositiones ejus et voluntates adiremus, instrumentum adjicit literarum, sigil velit et deo inquire, et inquisitum inventire, et invento credere, et credito deservire. Et viro enim justitia ac innocentia dignos deum nosse ostendere, a primordio in seculum emisit spiritu divino mundatos, quo praedicarent deum unicum esse, qui universa considererit, qui hominem de humo instruxerit; hic enim est verus Prometheus, qui seculum certi temporum dispositionibus et exitibus ordinavit: exinde quae signa maiestatis suae vindicandas aediderit per imbro, per liguas: quas demerendo sibi disciplinas determinaverit: quae ignoratis, et desertitis, et observandis his praeferia destinari: ut qui producto nevo isto judicetur sit suis cultores in vita aeterna retributionem, profanos in ignem aequa perpetam, misericordias omnibus ab initio defugias, et reformatis, et recensitis ad utriusque meriti dispunctionem. Haec et nos risus in aliquando; do vestris tuimus. Fiant, non nascentur, Christiani.

CAP. XVIII.

QUOD PTOLEMAEI PHILADELPHI OPERA SACRAE LITERAE IN
LINGUAM SUNT TRALATAE.

Quos diximus, praedicatores, Prophetae de officio praefandi vocantur. Voces eorum, itemque virtutes, quas ad fidem divinitatis edebant, in thesauris literarum manent, nec istae latent. Ptolemaeorum eruditissimus, quem Philadelphum supernominant, et omnia literatura sagaciissimus, quem studio bibliothecarum Pianistratum (ut opinor) aemularetur, inter caetera memoriarum, quibus aut votus, aut curiositas aliqua ad famam patrocinabatur, ex suggestu Demotri Phalerei grammaticorum tune probatissimi, cui praefecturam mandaverat, libros a Judaeis quoque postulavit, proprias scilicet atque vernaculae literas, quas soli habebant. Ex ipsis enim et ad ipsos semper, Prophetae peroraverant, scilicet ad domesticam dei gentem ex patrum gratia, Hebrei retro, qui nunc Judaei.



CAP. XIX.

QUANTA SIT SACRAE SCRIPTURÆ ANTIQUITAS, ET DE MOYSIS
CAETERORUMQUE PROPHETARUM AETATE.

Igitur et literae Hebraeæ, et eloquium. Sed ne notitia vacaret, hoc quoque Ptolemaeo a Judæis subscriptum est septuaginta et duobus interpresibus indulitus, quos Menedemus quoque philosophus providentiae vindex de sententias communione suscepit. Affirmavit hsec vobis etiam Aristeas, ita in Graecum stilum ex aperto monumeta reliquit. Hodie apud Serapeum Ptolemaei bibliothecæ cum ipsis Hebraicis literis exhibentur. Set et Judæi palam lexitant. Vectigalis libertas vulgo adiutur Sabbatis omnibus. Qui audierit, inveniet deum. Qui etiam studierit intelligere cogetur et credere. Primam instrumentis istis autoritatem summa antiquitas videntur.

CAP. XXI.

QUID CHRISTIANI DIFFERANT AB HEBRAEIS, ET QUIS NAM CHRISTUS,
QUOMODOQUE PASSUS.

Sed quoniam edidimus antiquissimis Judæorum instrumentis sectam istam esse suffulram, quam aliquando novellam, ut Tiberii temporibus plerique sciunt, profitentibus vobis quoque, fortasse, an hoc nomine de statu ejus retractetur, quasi sub umbraculo insignissimæ religionis, certæ licentiae aliquid, et propriæ præsumptionis abscondat, vel quia praeter aetatem neque de victus exceptionibus, neque de solemnitatibus dierum, neque de ipso signaculo corporis, neque de consortio nominis cum Judæis agimus, quod utique oportet si eidem deo manciparemur. Sed et vulgus jam scit Christum, ut aliquem hominum, qualém Judæi judicaverunt: quo facilius quis nos hominis cultores existimaverit. Verum neque de Christo erubescimus, cum sub nomine ejus deputari et damnari juvat: neque de deo aliud præsumimus aliter. Necesse est igitur pauca de Christo, ut deo totum. Judæis erat apud deum gratia, ubi et insignis justitia, et fides originalium autorum. Unde illis et generis magnitudo, et regni sublimitas floruit et tanta felicitas, ut de dei vocibus, quibus edocebantur, de promerendo deo, et non offendendo, præmonerentur. Sed quanta deliquerint, fiducia patrum inflati, ad declinandum derivantes a disciplina in profanum modum, et si ipsi non confiterentur, probaret exitus hodiernus ipsorum. Dispersi, palabundi, et coeli et soli sui extores vagantur, per orbem, sine homine, sine deo rege, quibus nec advenarum jure terram patriam saltem vestigio salutare conceditur. Cum haec illis sanctae voces præminarentur, eadem semper omnes ingebabant, fore ut sub extimis curriculis seculi, ex omni gente et populo et loco cultores sibi allegeret deus multo fideliores, in quos gratiam transferret, pleniorom quidem ob disciplinas altioris capacitatem. Venit igitur, qui ad reformandam, et illuminandam eam venturus a deo prænunciabatur, Christus ille filius dei. Jam ediximus Deum universitatem hanc mundi Verbo et Ratione et Virtute molitum. Apud vestros quoque sapientes *logon*, id est, sermonem, atque rationem constat artificem videri universitatis. Hunc enim Zeno determinat factitorem, qui cuncta in dispositione formaverit; eundem et fatum vocari, et Deum, et animum Jovis, et Necessitatem omnium rerum. Haec Cleanthes in spiritum congerit, quem permeatorem universitatis affirmit. Et nos etiam Sermoni, atque Rationi, itemque Virtuti, per quae omnia

molitum Deum ediximus, propriam substantiam spiritus inscribimus, cui et sermo insit pronuncianti, et ratio adsit disponenti, et virtus praesit perficienti. Hunc ex Deo prolatum didicimus, et prolatione generatum, et idcirco filium dei, et Deum dictum ex unitate substantiae. Nam et Deus spiritus. Etiam cum radius ex sole porrigitur, portio ex summa, sed Sol erit in radio, quia Solis est radius, nec separatur substantia, sed extenditur. Ita de spiritu spiritus, et de Deo Deus. Ut lumen de lumine accensum manet integra et indefecta materiae matrix, et si plures inde traduces qualitatum mutueris: ita et quod deo profectum est, Deus est, et Dei filius, et unus ambo. Ita de spiritu spiritus, et de deo deus modulo alternum numerum gradu non statu fecit, et a matrice non recessit, sed excessit. Iste igitur dei radius, ut retro semper praedicabatur, delapsus in Virginem quandam, et in utero ejus caro figuratus nascitur homo Deo mistus. Caro spiritu instructa nutritur, adolescit, afflatur, docet, operatur, et Christus est.

CAP. XXXII.

QUARE ETIAM PRO IMPERII RO. SALUTE CHRISTIANI ORENT.

Est et alia major necessitas nobis orandi pro Imperatoribus, etiam pro omni statu imperii, rebusque Romanis, quod vim maximam universo orbi imminentem, ipsamque clausulam seculi acerbitates horrendas commandantem, Romanii imperii commeatu scimus retardari. Itaque nullum experiri, et dum precamur differri, Romanae diuturnitati favemus. Sed et juramus sicut non per genios Cesaram, ita per salutem eorum quae est augustior omnibus genitis. Nescitis Genios daemonas dici, et inde diminutiva voce daemona? Nos judicium dei suspicimur in Imperatoribus, qui gentibus illos praefecit. Id in eis scimus esse, quod deus voluit, et pro magno adjuramento habemus. Caeterum daemonas, id est genios, adjurare consuevimus, ut illos de hominibus exigamus: non deje rare, ut illis honorem divinitatis conferamus.

CAP. XXXIII.

IMPERATOREM HOMINEM ESSE, NON DEUM.

Sed quid ego amplius de religione, atque pietate Christiana in Imperatorem? quem necesse est suspiciamus ut eum quem dominus noster elegit: ut merito dixerim noster est magis Caesar, ut a nostro deo constitutus. Itaque ut meo, plus ego illi operor in salutem. Siquidem non solum ab eo postulo eam qui potest praestare, aut quod talis postulo, qui merear impetrare, sed etiam quod temperans majestatem Caesaris infra deum magis illum cōmīndo deo, cui soli subjicio. Subjicio autem cui non adaequo. Non enim Deum imperatorem dicam: vel quia mentiri nescio, vel quia illum deridere non audeo, vel qui nec ipse se deum volet dici, si homo sit. Interest homini, Deo cedere. Satis habeat appellari Imperator. Grande et hoc nomen est, quod a deo traditur. Negat illum imperatorem, qui deum dicit: nisi homo sit, non est imperator. Hominem se esse etiam triumphans in illo sublimissimo curru admonetur. Suggestur enim ei a tergo, RESPICE POST TE, HOMINEM MEMENTO TE. Etiam utique hoc magis gaudet, tanta se gloria coruscare, ut illi admonitio conditionis sua sit necessaria. Minor erat, si tuno deus diceretur, quia non vere diceretur. Major est qui revocatur, ne se deum existimet.

CAP. XXXIX.

DE DISCIPLINA CHRISTIANORUM.

Edam jam nunc ipse negotia Christianae factionis, ut qui mala refutaverim, bona ostendam. Corpus sumus de conscientia religionis, et disciplinae veritate, et spei fodere. Coimus in coetum et aggregationem, ut ad deum quasi manu facta precationibus ambiamus orantes. Haec vis deo grata est. Oramus etiam pro imperatoribus, pro ministris eorum ac potestatibus, pro statu seculi, pro rerum quiete, pro mora finis. Cogimus ad literarum divinarum commemorationem, siquid praesentium temporum qualitas aut praemonere cogit, aut recognoscere. Certe fidem sanctis vocibus pacem, spem erigimus, fiduciam figimus, disciplinam praeceptorum nihilominus inculcationibus densamus. Ibidem etiam exhortationis, castigationis, et censura divina. Nam et judicatur magno cum pondere, ut apud certos de dei conspectu: summumque futuri judicij praejudicium est, si quis ita deliquerit, ut a communicatione orationis, et conventus, et omnis sancti commercio reletetur. Praesident probati quique seniores, honorem istum non precio sed testimonio adepti. Neque enim pretio ulla re dei constat, etiam si quod artis genus est. Non de oneraria summa quasi redemptae religionis congregatur: modicam unusquisque stipem menstrua die, vel quum velit, et si modo possit, apponit. Nam nemo compellitur, sed sponte confert. Haec quasi deposita pietatis sunt, nam inde non epulis, nec potaculis, nec ingratiss voratrinis dispensantur, sed egenis alendis humandisque, et pueris ac pupillis re ac parentibus destitutis, aetateque domitie senibus, item naufragis, et siqui in metallis, et siqui in insulis, vel in custodiis, duntaxat ex causa dei sectae, alumni confessionis sua sunt. Sed ejusmodi vel maxime dilectionis operatio, notam nobis meruit penes quosdam. Vide, inquit, ut invicem se diligent. Ipsi enim invicem oderunt. Et ut pro alterutro mori sunt parati. Ipsi enim ad occidendum alterutrum paratores erunt. Sed et quod fratres nos vocamus, non alias (opinor) insaniant, quam quod apud ipsos omne sanguinis nomen de affectatione simulatum est. Fratres etiam vestri sumus jure naturae matris unus: et si parum homines vos, quia mali fratres. At quanto dignius fratres et dicuntur, et habentur, qui unum patrem deum agnoverunt, qui unum spiritum bibent sanctitatis, qui de uno utero ignorantiae ejusdem lucem expiraverunt veritatis: sed eo fortasse minus legitimi existimamur, quia nulla de nostra fraternitate tragedia exclamat, vel quia ex substantia familiarium fratres sumus, quae penes vos fere dirimit fraternitatem. Itaque qui animo animaque miscemur, nihil de rei communicatione dubitamus: omnia indiscreti sunt apud nos, praeter uxores. In illo loco consortium solvimus, in quo solo caeteri homines consortium exercerent. Qui non amicorum colummodo matrimonio usurpant, sed et sua amicis patientissime subministrant: ex illa (credo) majorum, et sapientissimorum disciplina, Graeci Socratis, et Romani Catonis, qui uxores suas amicis communicaverunt, quas in matrimonium duxerant, liberorum causa et alibi oreandorum, nescio quidem an invitatas. Quid enim de castitate curarent, quam mariti tam facile donaverant? O sapientiae Atticae, o Romanae gravitatis exemplum. Leno est philosophus, et censor. Quid ergo mirum, si tanta caritas conviolatur? Nam et coenulas nostras praeter quam sceleris infames, ut prodigas suggillatis. De nobis scilicet Diogenes dictum est: Megarenses obsonant, quasi crastina die morituri. Sed stipulam quis in alieno oculo facilius perspicit, quam in suo trahem. Tot

tribubus et curiis, et decuriis ructantibus acescit aer. Salis coenaturis creditor erit necessarius. Herculianarum decimarum, polluctorum sumptus tabularii suppūtabunt. Apaturis Dionysus mysteriis Atticis coquorum delectus inducitur. Ad fumum coenaes Serapicae sparteoli excitabuntur. De solo triclinio Christianorum refractatur. Coena nostra de nomine rationem suam ostendit; vocatur *agape*, id quod dilectio penes Graecos est. Quantiscunque sumptibus conatet, lucrum est pietatis nomine facere sumptum. Siquidem inopes quōsque refrigerio isto juvamus, non qua penes vos parasiti affectant, ad gloriam famulandae libertatis sub autoramento ventris inter contumelias saginandi, sed qua penes Deum major est contemplatio mediciorum. Si honesta causa est convivii, reliquum ordinem disciplinae de causa aestimate, quid sit de religionis officio. Nihil vilitatis, nihil immodestiae admittit. Non prius discumbitur, que oratio ad deum praegustetur. Editur quantum esurientes capiunt. Bibitur quantum pudicis est utile. Ita saturantur, ut qui membrinrent etiam per noctem adorandum deum sibi esse. Ita fabulantur, ut qui sciunt dominum audire. Post aquam manualem et lumina, ut quisque de scripturis sanctis, vel de proprio ingenio potest, provocatur in medium deo canere. Hinc probatur quomodo biberit. Aequa oratio convivium dirimit. Inde disceditur non in catervas caesonum, neque in classes discussionum, nec in eruptiones lasciviarum, sed ad eandem curam modestiae et pudicitiae, ut qui non tam coenam coenaverint quam disciplinam. Haec coitio Christianorum merito sane illicita, si illicitis par: merito damnanda, si quis de ea queritur, eo titulo quo de factiobus querela est. In cuius perniciem aliquando convenimus? Hoc sumus congregati, quod et dispersi. Hoc universi, quod et singuli, neminem laudentes, neminem contristantes. Cum probi, cum boni coeunt, cum pii, cum casti congregantur, non est factio dicenda, sed curia. At e contrario illis nomen factionum accommodandum est, qui in odium bonorum et proborum conspirant, qui adversum sanguinem innocentium conciliant, praetexentes sane ad odii defensionem illam quoque vanitatem, quod existiment omnis popularis incommodi Christianos esse causam. Si Tyberis ascendit in moenia, si Nilus non ascendit in aria: si celum stetit, si terra movit: si fames, si lues: statim CHRISTIANOS AD LEONES acclamatur: tantos ad unum. Oro vos ante Tiberium, id est ante Christi adventum, quantae clades orbem et urbem ceciderunt? Legimus Hierapolim, et Delon et Rhodon et Coon insulas, multis cum millibus hominum pessum abisse. Memorat et Plato maiorem Asiae et Africæ terram Atlantico mari ereptam. Sed et mare Coriuthium terraemotus ebibit, et vis undarum Lucaniam Italiae abcissam in Siciliæ nomen relegavit. Haec utique non sine injuria incolentium accidere potuerunt. Ubi vero tunc non dicam deorum vestrorum contemptores Christiani, sed ipsi dii vestri, cum totum orbem cataclysmus abolevit? Vel, ut Plato putavit, campestre solummodo? Posteriores enim illos clade diluvii contestantur ipsae urbes, in quibus nati mortique sunt, etiam quas considerunt. Neque enim alias in hodiernum manerent, nisi et ipsae posthumae cladi illius. Nondum Iudeum ab Aegypto examen Palaestina suscepérat, nec jam illic Christianae sectae origo conserverat, cum regiones ac fines ejus Sodoma et Gomorra igneus imber exussit. Olet adhuc incendio terra, et si qua illic arborum poma oriantur oculis tenuis, caeterum contracta cinerescunt. Sed nec Tuscia jam tunc, atque Campania de Christianis querebantur, cum Vulsinios de coelo; Pompeios de suo monte, profudit ignis. Nemo adhuc Romae deum verum adorabat, cum Annibal apud

Cannas per Romanos annulos caedes suas modio metiebatur. Omnes dii vestri ab omnibus colebantur, cum ipsum Capitolium Senones occupavissent.

CAP. XL.

DE ADVERSIS URBIVM.

Et bene quod si quid adversi accidit urbibus, eodem clades, templorumque et moenium fuerint: ut jam hoc revincam non a deo evenire, quia et ipsi evenit. Semper enim humana gens male deo meruit, primo quidem ut inofficiosa ejus, quem cùm intelligeret ex parte, non requisivit, sed et alios insuper sibi commentata est quos coleret. Dehinc quod non inquiringo innocentiae magistrum, et nocentiae judicem et exactorem, omnibus virtutis et criminibus inolevit. Caeterum si requisisset, sequebatur ut cognosceret requisitum, et recognitum observara, et observatum magis propitium experiretur quam iratum. Eundem ergo nunc quoque scire debet iratum, quem et retro semper, prius que Christiani nominarentur: cuius bona utebatur ante aedibus que deos sibi fingeret, cur non ab eo etiam mala intelligat evenire, cuius bona esse non sensit? Illius res est, cuius et ingrata. Etiam tamen si pristinas olaes comparamus, leviora nunc accidunt, ex quo Christianos a deo orbis accepit. Ex eo enim et innocentia seculi iniurias temperavit, et deprecatores dei esse cooperunt. Denique cum ab imbris aestiva, hyberna suspendunt, et annus in cura est, vos quidem quotidie pasti, statimque pransuri, balneis et cauponis et lupanaribus operati, Aquilicia Jovi immolatis, nudipedalia populo denunciatis, coelum apud Capitolium quereritis, nubila de laquearibus expectatis, aversi ab ipso et deo et coelo. Nos vero jejuniis aridi, et omni continentia aspersi, ab omni vitae fruge dilati, in sacco et cinere voluntantes, invidia coelum tundimus, deum tangimus: et cum misericordiam extorserimus, Jupiter honoratur.

CAP. XLI.

QUOD DEUS SPERNITUR, ET STATUAE ADORANTUR.

Vos igitur importuni rebus humanis, vos rei publicorum incommodorum vos malorum illices semper, apud quos deus spernit, statuae adorantur. Etenim credibilius haberi debet eum irasci, qui negligatur quam qui coluntur. An ne illi iniquissimi, si propter Christianos, etiam cultores suos laedunt, quos separare deberent a meritis Christianorum? Hoc, inquit, et in deum vestrum repercutere est: siquidem et ipse patiatur, propter profanos, etiam cultores suos laedi. Admittite prius dispositiones ejus, et non retrorquebitis. Qui enim semel aeturnum judicium destinavit, post seculi finem, non praecipitat discretionem, quae est conditio judicij ante seculi finem. Aequalis est interim super omne hominum genus, et indulgens et increpans, communia voluit esse commoda profanis, et incognitam suis, ut pari consortio omnes et lenitatem ejus, et severitatem experiremus. Quia aequitatem didicimus apud ipsum, diligimus lenitatem, metuimus severitatem. Vos contra, utranque despicitis. Etiam sequitur, ut omnes seculi plagae, nobis forte in admonitionem, vobis in castigationem a deo obveniant. Atqui nos nullo modo laeditur, in primis, quia nihil nostra refert in hoc aeo, nisi de eo quam celeriter excedere. Dehinc quia si quid adversi infligunt, vestris meritis depuratur. Sed et si aliqua nos quoque perstringunt, ut vobis cohaerentes, laetamur magis recognitione divinarum praedicationum, confirmantium

scilioet fiduciam et fidem spei nostrae. Si vero ab eis quos colitis, omnia vobis mala eveniunt nostri causa, quid colere perseveratis tam ingratos, tam injustos? qui magis vos in dolorem Christianorum juvare et asserere debuerant, quos separare deberent a meritis Christianorum.

CAP. XLII.

CONTRA EOS QUI INFRUCTUOSOS DICEBANT CHRISTIANOS.

Sed alio quoque injuriarum titulo postulamur, et infructuosi in negotiis dicimur. Quo pacto, homines vobisecum degentes, ejusdem virtus, habitus, instructus, ejusdem ad vitam necessitatis? Neque enim Brachmanae, aut Indorum Gymnosophistae sumus sylvicolae, et exules vitae. Meminimus gratiam nos debere domino deo creatori. Nullum fructum operum ejus repudiamus. Plane temperamus, ne ultra modum, aut perperam utamur. Itaque non sine foro, non sine maccello, non sine balneis, tabernis, officiniis, stabulis, nundinis vestris, caeterisque commerciis cohabitamus in hoc seculo. Navigamus et nos vobiscum, et militamus, et rusticamur, et mercemur: proinde miscemus artes, opera nostra publicamus usui vestro. Quomodo infructuosi videamur negotiis vestris, cum quibus et de quibus vivimus, non scio. Sed ceremonias tuas non frequento. Attamen illa die homo sum. Non lavor diluteulo Saturnalibus, ne et noctem et diem perdam. Attamen lavor honesta hora et salubri, quae mihi et colorem et sanguinem servet. Rigere et pallere post lavacrum mortuus possum. Non in publico Liberalibus discumbo, quod bestiariis suprema coenanthibus mos est: Attamen ubi de copiis tuis coeno. Non emo capiti coronam: Quid tua interest emptis, nihil minus floribus quomodo utar? puto gratius esse liberis, et solutis, et undique vagis. Sed et si in coronam coactis, nos coronam naribus admovimus: Viderint qui per capillum odorantur. Spectaculis non convenimus. Quae tamen aptid illos coetus venditantur, si desideravero, liberius de propriis locis sumo. Thura plane non emimus. Si Arabiae quaeruntur, sciant Sabaei pluri et carioris suas merces Christianis sepe hendi, profligari, quam diis fumigandis. Certe, inquit, templorum vectigalia quotidie decoquunt. Stipes quotusquisque jam jactat: Non sufficimus et hominibus, et diis vestris mendicantibus opem ferre: nec putamus alii quam potentibus impertendum. Denique porrigit manum Jupiter, et accipiat: cum interim plus nostra misericordia insumit vicatim, quam vestra religio templatim. Sed caetera vectigalia gratias Christianis agant ex fide dependentibus debitum, qua alieno fraudando abstinemus, ut si ineatur quantum vectigalibus pereat fraude et mendacio vestrarum professionum, facile ratio haberi possit, unius speciei querela compensata pro commodo caeterarum rationum.

CAP. XLVI.

QUANTUM INCOMMODI RESPUB. PATIATUR EX MORTE INNOCENTIUM CHRISTIANORUM.

At enim illud detrimentum reipublicae tam grande quam verum nemo circumspicit. Illam injuriam civitatis nullus expendit, cum tot justi impendimur, cum tot innocentes erogamur. Vestros enim jam contestamur actus, qui quotidie judicandis custodiis praesidetis, qui sententius

elogia dispungitis, tot a vobis nocentes variis criminum elogis recententur, quis illic sicarius? quis manticularius? quis sacrilegus? aut corruptor? aut lavantium praedo? quis ex illis etiam Christianus ascribitur: aut cum Christiani suo titulo offeruntur, quis ex illis etiam talis, quales tot nocentes? De vestris semper aestuat carcer, de vestris semper metallia suspirant. De vestris semper bestiae saginantur, de vestris semper munerari noxiorum greges pascunt. Nemo illic Christianus, nisi plane tantum Christianus: aut si et aliud, jam non Christianus.

CAP. XLVIII.

DOCTRINAM DE RESURRECTIONE CORPORIS DIGNAM ESSE FIDE.

Age jam si quis philosophus affirmet, ut ait Laberius de sententia Pythagorae, hominem fieri ex mulo, colubrum ex muliere, et in eam opinione omnia argumenta eloquii virtute detorserit, nonne et sensum movebit, et fidem infiget etiam ab animalibus abstinendi? Propterea persuasum quia habeat, ne forte bubulum de aliquo proavo suo obsonet. At enim Christianus, si de homine hominem, ipsumque de Cajo Cajum reducere reprobaret, lappidibus magis, nec saltem caedib[us] a populo existetur? Si quacunque ratio praest animarum humanarum reciprocandarum in corpora, cur non in eandem substantiam redeant, cum hoc sit restituimus id esse quod fuerat? Jam non ipsae sunt quae fuerant, quia non potuerunt esse quod non erant, nisi definit esse quod fuerant. Multis etiam locis exoptio opus erit, si velimus ad hanc partem lascivire, Quis inquam bestiam reformari videt? Sed de nostra magis defensione, qui proponimus multo utique dignius credi hominem ex homine redditur, quemlibet pro quolibet, dum hominem, ut eadem qualitas animae in eandem restauretur conditionem, et si non effigiem. Certe quia ratio restitutionis destinatio judicij est, necessario idem ipse, qui fuerat exhibebitur, ut boni, seu contrarii meriti judicium a deo referat. Ideoque representabunt et corpora, quia neque pati quicquam potest anima sola sine materia stabili, id est carne; et quod omnino de judicio dei pati, debent. Animae non sine carne meruerint, intra quam omnia egerunt. Sed quomodo, inquis, dissoluta materia exhiberi potest? Considera temetipsum o homo, et fidem rei invenies. Recogita quid fueris ante quam esesses, utique nihil. Meminisses enim, si quid fuisses. Qui ergo nihil fueras, prius quam eseses: idem nihil factus, cum esse desieris, cur non possis esse rursus de nihilo ejusdem autoris voluntate, qui te voluit esse ex nihilo? Quid novi tibi eveniet? qui non eras, factus es: cum iterum non eris, fies. Redde rationem, si potes, qua factus es: et tunc requires, qua fies. Et tamen facilius utique fies, quod fuisti aliquando quia aequo non difficile factus es, quod nunquam fuisti aliquando. Dubitabitur, credo, de dei viribus, qui tantum corpus hoc mundi de eo, quod non fuerat, non minus quam de morte vacationis, et inanitatis impositum, animatum spiritu omnia animarum animatore: signatum ei ipsum, humanae resurrectionis exemplum in testimonium nobis. Lux quotidie interfecta resplendet, et tenebrae pari vice deceedendo succedunt, sidera defuncta vivescunt, tempora ubi finiuntur, incipiunt: Fructus consumantur et redeunt: certe semina non nisi corrupta, et dissoluta foecundis surgunt: omnia pereundo servantur, omnia de interitu reformatur. Tu homo tantum nomen, si intelligas te vel de titulo Pythiae discens, dominus omnium morientium resurgentium, ad hoc motieris ut pereas. Ubicun-

que resolutus fueris, quaecunque te materia destruxerit, hauserit, aboleverit, in nihilum prodegerit, reddet te. Ejus est nihilum ipsum, cuius et totum. Ergo, inquit, semper moriendum erit, et semper resurgendum. Si ita rorum dominus destinasset; ingratia experiri conditione tuae legem. At nunc non aliter destinavit, quam praedicavit. Quae ratio universitatem ex diversitate compositum, ut omnia aemilia substantia sub unitate constarent, ex vacuo et solido, ex animali et inanimali, ex comprehensibili et incomprehensibili, ex luce et tenebris, ex ipsa vita et morte: eadem aevum quoque ita destinata distincta conditione conservit, ut prima haec pars, ad exordio rerum quam incolimus, temporali aetate ad finem dofiat: sequens vero, quam expectamus, in infinitam aeternitatem propagetur. Cum ergo finis, et limes medius, qui interhiat, affuerit, ut etiam mundi ipsius species transferatur aequa temporalis, quae illi dispositioni aeternitatis aulaei vice oppansa est, tunc restituetur omne humanum genus ad expungendum, quod in isto aeo boni seu mali meruit, et exinde pendendum immensam aeternitatis perpetuam. Ideo nec mors jam, nec rursus ac rursus resurrectio. Sed erimus iidem, qui nunc, nec alii post, Dei quidem cultores apud deum semper superinduti substantia propria aeternitatis. Profani vero, et non integri ad deum, in poena aequa jugis ignis, habentes ex ipsa natura ejus divinam scilicet subministracionem incorruptibilitatis. Noverunt et philosophi diversitatem arcani, et publici ignis. Ita longe alius est qui usui humano, alias qui iudicio dei appetit, sive de coelo fulmina stringens, sive de terra per vertices montium eructans. Non enim absunt, quod exurit: sed dum erogat, reparat. Adeo manent montes semper ardentes, et qui de coelo tangit, salvus est, ut nullo jam igni decinerescat. Et hoc erit testimonium ignis aeterni, hoc exemplum jugis iudicii: poenam nutrientes montes uruntur, et durant. Quid nocentes, et dei hostes?

CAP. XLIX.

BEATUM ESSE CHRISTIANUM, UTCUNQUE EVENERIT.

Haec sunt, quae in nobis solis praeceptiones vocantur in philosophis et poetis summae scientiae, et insignia ingenia. Illi prudentes, nos inepti. Illi honorandi, nos irridendi, imo eo amplius et puniendi. Falsa nunc sint, quae tuemur, et merito praeceptio: attamen necessaria: inepta, attamen utilia. Si quidem meliores fieri coguntur, qui eis credunt metu aeterni supplicii, et spe aeterni refrigerii. Itaque non expedit falsa dici, nec inepta haberi, quae expedit vera praesumi. Nullo titulo, damnari licet, quae prosunt omnino. In vobis itaque praeceptio est haec ipsa, quae damnat utilia. Proinde nec inepta esse possunt. Certe et si falsa, et inepta, nulli tamen noxia: nam et multis aliis similia, quibus nullas poenas irogatis, vanias, et fabulosis inaccuratis, et impunitis, ut innoxii. Sed in ejusmodi, si utique, irrisione adjudicandum est, non gladiis, et ignibus, et crucibus, et bestiis. De qua iniuritate saevitiae non modo caecum hoc vulgus exultat, et insultat, sed et quidam vestrum quibus favor vulgi de iniuritate captatur, gloriantur, quasi non totum, quod in nos potestis, nostrum sit arbitrium. Certe, si velim, Christianus sum; tunc ergo me damnabis, si damnari velim. Cum vero quod in me potes, nisi velim, non potes; jam meae voluntatis est quod potes, non tuae potestatis. Proinde et vulgus vane de nostra vexatione gaudet. Proinde enim nostrum est gaudium, quod sibi vindicat, qui

malumus damnari, quam a deo exciders. Contra illi, qui nos oderunt, dolere non gaudere debebant, consecutia nobis quod eligimus.

CAP. L.


CHRISTIANUM FORTI ANIMO ESSE, ETIAM CAPITE DAMNATUM.

Ergo, inquitis, cur querimini quod vos insequamur, si pati vultis, cum diligere debeat in quo patimini quod vultis? Plane volumus pati, verum eo more, quo et bellum miles. Nemo quippe libens patitor, cum ei trepidare, et periclitari sit necesse: tamen et praelati omnibus viribus, et vincere in praelio gaudet, qui de praelio querebatur, quia et gloriam consequitur, et predam. Praelium est nobis, quod provocamus ad tribunalia, ut illic sub discrimine capitis pro veritate certemus. Victoria est autem pro quo certaveris, obtinere. Ea victoria habet et gloriam placendi deo, et praedam vivendi in aeternum. Sed obducimur certe, cum obtinuimus: ergo vincimus, cum occidimus: denique evadimus, cum obducimur. Licet nunc sarmenticos, et semisarios appelleatis, quia ad stipitem dimidiis assis revincti sarmentorum ambitu exurimus. Hic est habitus victoriae nostrae. Haec palmata vestis. Tali curru triumphamus. Merito itaque victimis non placemus. Propterea enim desperati, et perditi existimamur. Sed haec desperatio, et perditio, penes vos in cuusa glorio et famae vexillum virtutis extollunt. [“]Mutiis dextram suam libens in ara reliquit. O sublimitas animi! Empedocles totum aese Catanensem Aetneis incendiis donavit. O vigor mentis. Aliqua Carthaginis conditrix rogo se, secundum matrimonium, dedit. O praecolum castitatis. Regulus ne unus pro multis hostibus viveret, toto corpore crucis patitur. O virum fortē, et in captivitate victorem. Anaxarchus cum in exitium, pīssanae pilo contunderetur, tunde, tunde, ajebat, Anaxarchi follem, Anaxarchum enim non tundis. O Philosophi magnanimitatem, qui tali de sub exitu etiam jocabatur! Omitto eos qui cum gladio proprio, aliō genere mortis mitiore, de laude pepigerunt. Ecce enim et tormentorum certamina coronantur a vobis. Attica meretrix, carnifice jam fatigato, postremo linguam suam comedat in faciem tyranni saevientis expuit, ut expueret et vocem, ne conjuratos confiteri posset, si etiam victa voluisset. Zeno Eleates consultus a Dionysio, quidnam philosophia praestaret, cum respondisset, Contemptum mortis, impassibilis flagellis tyranni objectus sententiam suam ad mortem usque signabat. Certe Laconum flagella sub oculis etiam hortantium propinquorum acerbata, tantum honorem domui conferunt, quantum sanguinis fuderint. O gloriam licitam, quia humanam, cui nec praesumptio perdita, nec persuasio desperata reputatur. In contemptu mortis, et atrocitatis omni modo animi tantum pro patria, pro imperio, pro amicitia pati permisum est, quantum pro deo non licet. Et tamen illis omnibus et statuas diffunditis, et imagines inscribitis, et titulos inciditis, aeternitatem quantum de monumentis potestis: scilicet praestatis et ipsis quodammodo mortuis resurrectionem. Hanc qui veram a deo sperat, si pro deo patiatur, insanus est. Sed hoc agite boni praesides, meliores multo apud populum, si illis Christianos immolaveritis: Cruciate, torquete, damnate, atterite nos. Probatio est enim innocentiae nostrae iniurias vestras. Ideo nos haec pati deus patitur. Nam et proxime AD LENONEM clamando Christianam, potius quam ad leonem, confessi estis labem pudicitiae apud nos atrociorem omni poena et omni morte reputari. Nec quequam tamen profuit. Exquisitior quaque crudelitas vestra, illecebra est magis sectae.

Plur
noru
Cice
Cali
Chr
mag
ronc
ueo
ab e
deli
Ut c
abs

Plures efficiuntur, quoties metimur a vobis. Semper est sanguis Christianorum. Multi apud vos ad tolerantiam doloris, et mortis hortantur, ut Cicero in Tucculanis, ut Seneca in Fortuitis, ut Diogenes, ut Pyrrhon, ut Calinicus. Nec tamen tantos invenerint verba discipulos, quantos Christiani factis docendo. Ilia ipsa obstinatio, quam exprobatio, magistra est. Quis enim non contemplatione ejus conouitur ad requiendum, quid intus in re sit? Quis non, ubi requisiavit, accedit? Ubi uençait, pati exoptat? ut totam dei gratiam redimat, ut omnem veniam ab eo compensatione sanguinis sui expediat? Omnia enim huic operi delicta donantur. Inde est, quod ibidem sententia vestris gratias agimus. Ut est aemulatio divinae rei, et humanae: cum damnauerit a vobis, a deo absolvimur.

APOLOGETICI FINIS.



II.

M. MINUCII FELICIS
OCTAVIUS.

NOTA.—Minucius Felix (testo Hieronymo) insignis causidicus, Romae vixit; ab aetate Tertulliani haud longo intervallo remotus. Jurisprudentiae studiis magnopere exercitatus, veritatis divinae propugnator siebat idoneus, Ethnicorumque in Christianos calumnias foedissimas fortiter propulsavit, immo etiam retrorsit.

In hoc libello, cui titulus Octavius, in arenam descendit, ad pugnam accinctus. Quoad formam Dialogus est, in quo tres personae suam quisque partem sustinent. Cecilius, ethnieus, christianos, accusat irridetque: Octavius criminaciones turpes depellit, et eodem prope modo quo ille Cotta apud Ciceronem (de nat. Deor.) Dei Providentiam defendit; cultores etiam ejusdem Dei unici, quippe qui nec ritus ratione abhorrentes observabant, nec vitas contra bonos mores ducebant, tuendos suscepit. Medius sedet bonus judex atque arbiter, Minucius Felix.

Res optime cedit. Octavio assentitur Cecilius, se victum laete confitens, immo sibi gratulans. Minucius gaudet.

M. MINUCII FELICES

OCTAVIUS.

COGITANTI mihi, et cum animo meo Octavii boni et fidelissimi contubernialis memoriam recensenti, tanta dulcedo et affectio hominis inhaesit, ut ipse quoddammodo mihi viderer in praeterita redire, non ea quae jam transacta et decursa sunt recordatione revocare. Ita ejus contemplatio, quantum subtrahita est oculis, tantum pectori meo, ac paene intimis sensibus implicata est. Neo immerito discedens vir eximius et sanctus, immensus sui desiderium nobis reliquit: utpote cum et ipso tanto nostri semper amore flagraverit, ut et in ludicris et seris, pari mecum voluntate concineret eadem velle vel nolle: crederes unam mentem in duobus fuisse divisam. Sic solus in armoribus conscientius ipse, socius in erroribus: et cum, discossa caligine, de tenebrarum profundo in lucem sapientiae et veritatis emergerem, non respuit comitem, sed, quod est gloriosius, praecucurrit. Itaque cum per universam convictus nostri et familiaritatis aetatem mea cogitatio volveretur, in illo praecepit sermone ejus mentis meae recessit intentio, quo Caecilium superstitionis vanitatibus etiamnunc inhaerentem disputacione gravissima de veram religionem reformativ. Nam negotii, et visendi mei gratia Romam contenderat, relicta domo, conjugi, liberis; et, quod est in liberis amabilius, adhuc annis innocentibus, et adhuc dimidiata verba tentantibus, loquela, ipso offendantis linguae fragmine, dulciorum. Quo in adventu ejus non possum exprimere sermonibus quanto, quamque impatiens gaudio exultavet: cum augoret maxime laetitiam meam amicissimi hominis inopinata praesentia. Igitur post unum et alterum diem, cum iam et aviditatem desiderii frequens assiduitatis uetus impletisset: et quae per absentiam mutuam de nobis nesciebamus, relatione alterna compressemus, placuit Ostiam petere armoenissimam civitatem, quod esset corpori meo siccandis humoribus de marinis lavacris blanda et apposita curatio. Sane et ad vindictam feriae judicariam curam relaxaverat. Nam id temporis, post aestivam diem, in temperiem semet autumnitas dirigebat. Itaque cum diluculo ad mare inambulando littore pergeremus, ut et aura aspirans leniter membra vegetaret, et cum eximis voluptate molli vestigio cedens arena subsideret, Caecilius, simulacro Serapidis denotato, ut vulgus superstitionis solet, manum ori admovens, osculum labiis pressit. Tunc Octavius ait: Non boni viri est, Marce frater, hominem domi forisque lateri tuo inhaerentem, sic in hac imperitiae vulgaris cæcitatem deserere, ut tam luculentio die in lapides eum patiaris impingere, effigiatos sane, et uncos, et coronatos: cum scias hujus erroris non minorem ad te, quam ad ipsum infamiam redundare. Cum hoc sermone ejus medium spatium civitatis emens, jam liberum litus tenebamus. Ibi arenas extimas, velut sternebat ambulacrum, profundens legis unda tendebat. Et ut semper mare etiam positia flatibus inquietum est, etsi non canis spumosisque fluctibus

817a

exibat ad terram, tamen, crispis torosisque ibidem erroribus delectati perquam sumus, cum in ipso aequorū limine plantas tingueremus, quod vicissim nuno ad pulsum nostris pedibus adluderet fluctus, nunc relabens, ac vestigia retrahens in sece resorberet. Sensim itaque tranquilleque progressi, oram curvi molliter litoris, iter fabulis fallentibus legebamus. Hae fabulae erant Octavii disserentis de navigatione narratio. Sed ubi eundi spatium satis justum cum sermone consumpsimus, eandem emensi viam rursus versus vestigia terebamus. Et cum ad id loci ventum est, ubi subductas naviculae substratis roboribus, a terrena labe suspensa quiescebant, pueros videmus certatim gestientes, testarum in mare jactationibus ludere. Is lusus est testam teretem, jactatione fluctuum levigatam, legere de litore: eam testam piano situ digitis comprehensam, inclinem ipsum, atque humilem, quantum potest, super undas inrotare: ut illud jaculum vel dorsum maris raderet, vel enataret, dum leni impetu labitur: vel, summis fluctibus tonsis, emicaret, emergeret, dum assiduo saltu sublevaratur. Is se in pueris victorem ferebat, cuius testa et procureret longius, et frequentius exsiliret. Igitur cum omnes hac spectaculi voluptate caperemur, Caecilius nihil intendere, neque de contentione ridere, sed tacens, anxius, segregatus, dolore nescio quid vultu fatebatur. Cui ego: quid hoc est rei? cur non agnosco, Caecili, alacritatem tuam illam? et illam oculorum etiam in seriū hilaritatem requiro? Tum ille: Jamdudum me Octavii nostri acriter angit et remordet oratio, qua in te invectus, objurgavit negligentiae, ut me dissimulanter gravius argueret inscientiae. Itaque progediar ulterius: dc toto et integro mihi cum Octavio res est. Si placet ut ipsius sectae homo cum eo disputem, jam profecto intelliget facilius esse in contubernalibus disputare, quam conserere sapientium modo. In istis ad tutelam balnearum jactis, et in altum procurentibus petrarum obicibus residamus, ut et requiescere de itinere possimus, et intentius disputare. Et cum dicto ejus assedimus, ita ut me ex tribus medium lateris ambitione protegerent: neo hoc obsequii fuit, aut ordinis, aut honoris, quippe cum amicitia pares semper aut accipiunt, aut faciat: sed ut arbiter et utrique proximus aures darem, et disceptantes duos medius segregarem. Tum sic **CÆCILIUS** exorsus est: Quanquam tibi Marce frater, de quo cum maxime quaerimus non sit ambiguū: utpote cum diligenter in utroque vivendi genere versatus repudiaris alterum, alterum comprobaris: impræsentiarum tamen ita tibi informantur animas, ut libram teneas æquissimi judicis, neo in alteram partem propensus incumbas, ne, non tam ex nostris disputationibus nata sententia, quam ex tuis sensibus prolata videatur. Proinde si mihi quasi novus aliquis, et quasi ignarus partis utriusque considas, nullum negotium est patescere, omnia in rebus humanis dubia, incerta, suspensa: magisque omnia verisimilia, quam vera. Quo minus mirum est, nonnullos taedio investigandas penitus veritatis cuiilibet opinioni temere potius succumbere, quam in explorando pertinaci diligentia perseverare. Itaque indignum omnibus, indolessendumque est, audere quosdam, et hoc studiorum rudes, litterarum profanos, expertes, artium etiam sordidarum, certum aliquid de summa rerum, ac majestate decernere, de qua tot omnibus seculis sectarum plurimarum usque adhuc ipsa Philosophia deliberat. Nec immerito; cum tantum absit ab exploratione divina humana mediocritas, ut neque quae supra nos coelo suspensa sublata sunt, neque quae infra terram profunda demersa sunt, aut scire sit datum, aut scrutari permisum, aut stuprare religiosum: et beati satis, satisque prudentes jure videantur, si secundum illud vetus Sapientis oraculum, noemetipos

s delectati
mus, quod
e relabens,
n quilleque
gebamus.
Sed ubi
em emensi
mentum est,
s suspensa
mare jacu
tuum lev
rehensam,
s irotoare :
eni impetu
am assiduo
et procur
spectaculi
contentione
fatebatur.
quam illam?
Iamdudum
e inventus,
nscientiae.
rio res est.
o intelliget
sapientium
currentibus
ossimus, et
ex tribus
aut ordinis,
aut faciat :
stantes duos
nquam tibi
im: utpote
is alterum,
nandus est
partem pro
a sententia,
quasi novus
egotium est
: magisque
ullos taedio
succum
aque indig
m, et hoc
sordidarum,
de qua tot
Philosophia
ina humana
sunt, neque
aut sororari
e prudentes
nosmetipos

familiarius noverimus. Sed quatenus indulgentes insano, atque incepto
labori, ultra humilitatis nostrae terminos evagamur, et in terram projecti,
coelum ipsum, et ipsa sidera audaci cupiditate transcedimus, vel hunc
errorem saltem, non vanis et formidolosis opinionibus implicemus. Sint
principio omnium semina natura in se coeunte densata: quis hic auctor
Deus? Sint fortuitis concussionsbus totius mundi membra coalita,
digesta, formata: quis Deus machinator? Sidera licet ignis accenderit,
et coelum licet sua materia suspenderit: licet terram fundaverint ponda
ra, et mare licet influxerit liquor: unde haec religio, unde formido,
quae supersticio est? Homo et animal omne quod nascitur, inspiratur,
attollitur, elementorum ut voluntaria concretio est: in quae rursum homo,
et animal omne dividitur, solvitur, dissipatur. Ita in fontem refluent, et in
semet omnia revolvuntur, nullo artifice, nec judge, nec auctore. Sic, con
gregatis igni seminibus, soles alios atque alios semper splendere.
Sic, exhalatis terrae vaporibus, nebulas semper adolescere; quibus den
satis coactisque, nubes altius surgere; iisdem labentibus, pluvias fluere,
flare ventos, grandines increpare, vel nimbis collidentibus, tonitrua
inugire, rutilare fulgura, fulmina praemicare. Adeo passim cadunt,
montes irruunt, arboribus incurvant, sine delectu tangunt loca sacra et
profana, homines noxios feriunt, et saepe religiosos. Quid tempestates
loquar varias et incertas; quibus nullo ordine, vel examine, rerum omnium
impetus volutatur? in naufragiis, bonorum malorumque fata mixta,
merita confusa? in incendiis, interitum convenire insontium nocentium
que? et cum tabe pestifera coeli tractus inficitur, sine discrimin'e omnes
deperi? et, cum bell'i ardore saevitur, meliores potius occumbere? In
pace etiam, non tantum aequatur nequitia melioribus, sed et colitur: ut
in pluribus nescias, utrum sit eorum detestanda pravitas, an optanda
felicitas. Quod si mundus divina providentia, et alicujus numinis
auctoritate regereret, numquam mereretur Phalaris et Dionysius regnum;
nunquam Rutilus et Camillus exilium, nunquam Socrates venenum.
Ecce arbusta frugifera, ecce jam seges cana, jam temulenta vindemia
imbri corrupitur, grandine caeditur. Adeo aut incerta nobis veritas oc
cultatur et premitur: aut, quod magis credendum est, variis et lubricis
casibus, soluta legibus fortuna dominatur. Cum igitur aut fortuna certa, aut
incerta natura sit; quanto venerabilius ac melius antistitem veritatis major
rum excipere disciplinam? religiones traditas colere? deos, quos a
parentibus ante imbutis es timere, quam nosse familiarius, adorare? ne
de nominibus ferre sententiam, sed prioribus credere, qui adhuc rudi
seculo in ipsis mundi natalibus, meruerunt deos vel faciles habere, vel
reges? Inde adeo per universam imperia, provincias, oppida, videmus.
singulos sacerorum ritus gentiles habere, et deos colere municipes, ut
Eleusinios Cererem, Phrygas Matrem, Epidaurios AEsculapium, Chal
daeos Belum, Astartem Syros, Dianam Taurios, Gallos Mercurium, uni
versa Romanos. Sic eorum potestas auctoritas, totius orbis ambitus
occupavit: sic imperium suum ultra Solis vias, et ipsius Oceani limites
propagavit, dum exerceat in armis virtutem religiosam, dum urbem
inuinit sacerorum religionibus, castis virginibus, multis honoribus ac
nominibus sacerdotum: dum obessi, et citra solum Capitolium capti,
colunt deos, quos alius jam sprevisset iratos; et per Gallorum acies
mirantur superstitionis audaciae pergunt telis inermes, sed cultu
religionis armati: dum captis hostilibus moenibus adhuc ferociente
victoria numina victa venerantur: dum undique hospites Deos quaerunt,
et suos faciunt: dum aras extruunt etiam ignotis Numinibus, et Manibus.

Sic dum universarum gentium sacra suscipiunt, etiam regna meruerant. Hinc perpetuus veneracionis tenor mansit, qui longa aetate non infringitur. Quippe antiquitas ceremonias atque sans tantum sanctitatis tribuere consuevit, quantum adstruxerit vetustatis. Nec tamen temere, ausim enim interim et ipse concedere et sic melius errare, maiores nostri aut observandis auguriis, aut extis consulendis, aut instituendis sacris, aut delubris dedicandis operam navaverunt. Specta de libris memorias, jam eos deprehendes initiasse ritus omnium religionum, vel ut remuneraretur divina indulgentia, vel ut averteretur irminens ira, aut ut jam tumens et saeviens placaretur. Testis mater Idaea, quae adventu suo et probavit matronae castitatem, et urbem metu hostili liberavit. Testes equestrium fratum in lacu, sicut ostenderant, statuae consecratae, qui anhelii, spumantibus equis atque fumantibus de Perse victorianam, eadem die, qua fecerant, nuntiaverunt. Testis ludorum offensi Jovis de somno plebejii hominis iteratio; et Deciorum devotio rata. Testis et Curtius, qui equitis sua vel molo vel honore hiatum profundae voragini coaequavit. Frequentis etiam quam volebamus, deorum praesentiam contempta auspicia contestata sunt. Sic Aliis nomen infaustum. Sic Claudi, et Junii non proelium in Poenos, sed ferale naufragium est. Et ut Thrasymenus Romanorum sanguine et major esset, et decolor, sprevit auguria Flaminius; et ut Parthos signa repetamus, dirarum imprecations Crassus et meruit, et irrisit. Omitto vetera, quae multa sunt, et de deorum natalibus, donis munieribus: negligo carmina poetarum: praedicta etiam de oraculis fata transilio, ne vobis antiquitas nimium fabulosa videatur. Intende templis ac delubris deorum, quibus Romana Civitas et protegitur et ornatur; magis sunt augusta numinibus incolis, praesentibus inquinilinis, quam cultus insignibus et numeribus opulenta. Inde adeo pleni et mixti Deo vates futura praecerpunt, dant cautelam periculis, morbis medelam, spem afflictis, opem misericordia, solatium calamitatibus, laboribus levamentum. Etiam per quietem deos videmus, audimus, agnoscimus, quos impie per diem negamus, nolumus, perjeramus. Itaque, cum omnium gentium de diis immortalibus, quamvis incerta sit vel ratio, vel origo, maneat tamen, firma consensio, neminem fere tanta audacia, tamque irreligiosa nescio qua prudentia turvescentem, qui hanc religionem tam vetustam, tam utillem, tam salubrem dissolvere, aut infirmare nitatur. Sit licet illi Theodorus Cyrenaeus, vel qui prior Diagoras Melius cui Atheon cognomen apposuit antiquitas, qui uterque nullos deos asseverando, timorem omnem, quo humanitas regitur, veneracionemque penitus sustulerunt: numquam tamen in hac impietatis disciplina simulatae Philosophiae nomine atque auctoritate pollebunt. Cum Abderitem Protagoram, Athenienses viri, consulte potius, quam profane de divinitate disputante, et expulerint suis finibus, et in concione ejus scripta deusserini: quid homines (sustinebitis enim me impetum susceptae actionis liberius, exerentem) homines, inquam, deploratae, inlicitae, ac desperatae factionis grassari in deos non ingemiscendum est?: qui de ultima fæce collectis imperitoribus et mulieribus credules, sexus sui facilitate labentibus, plebem profanae conjurationis instituunt; quae nocturnis congregationibus et jejuniis solemnibus cibis, non sacro quodam, sed piaculo foederantur. Latebroea et lucifugax natio, in publicum muta, in angulis garrula; tempia ut busta despiciunt, deos despiciunt, rident sacra, miserentur miseri, si fas est, sacerdotum honores, et purpuras despiciunt, ipsi semi-nudi. Proh! mira stultitia et incredibilis audacia! spernunt tormenta praesentia, dum incerta metuunt et futura: et dum mori post mortem

timent, interim mori non timent. Ita illis pavor et fallax spes solatio redivivo blanditur. Ac jam, ut fecundius nequiora proveniunt, serpentibus in dies perditis moribus, per universum orbem sacra ista teterima impiae coitionis adolescent. Eruenda prorsus haec, et execranda consensio. Occultis se notis et insignibus noscunt, et amant mutuo paene antequam noverint: passim etiam inter eos quaedam libidinum religio miscetur: ac se promiscue appellant fratres, et sorores, ut etiam non insolens stuprum intercessione sacri nominis fiat incestum. Ita eorum vana et demens supersticio sceleribus gloriatur. Nec de ipsis, nisi subsisteret veritas, maxima et varia et honore praefanda sagax fama loqueretur. Audio eos turpissimae pecudis caput asini consecratum inepta nescio qua persuasione venerari. Digna et nata religio talibus moribus. Alii eos ferunt ipsius antistitis ac sacerdotis colere genitalia, et quasi parentis sui adorare naturam. Nescio an falsa, certe occultis ac nocturnis sacris apposita suspicio. Et qui hominem summo supplicio pro facinore punitur, et crucis ligna ferialia eorum ceremonias fabulantur, congruentia perditis sceleratisque tribuit altaria, ut id colant quod merentur. Jam de initia die tirunculis fabula tam detestanda, quam nota est: Infans farre contextus, ut decipiat incautos, apponitur ei qui sacris imbuatur: Is infans a tirunculo farris superficie, quasi ad innoxios ictus provocato, caecis occultisque vulneribus occiditur: hujus, proh nefas! sitienter sanguinem lambunt, hujus certatim membra dispergiunt, hac foederantur hostia, hac conscientia sceleris ad silentium mutuum pignerantur. Haec sacra sacrilegiis omnibus tetrica. Et de convivio notum est. Passim omnes loquuntur. Id etiam Cirtensis nostri testatur oratio. Ad epulas solemni die coeunt, cum omnibus liberis, sororibus, matribus, sexus omnis homines, et omnis aetatis. Illic post multas epulas, ubi convivium caluit, et incestae libidinis fervor ebrietate exarsit, canis qui candelabro nexus est, jactu ossulae ultra spatium lineae, qua vincut est, ad impetum et saltum provocatur: sic everso et extincto conscientia lumine, impudentibus tenebris nexus infandae cupiditatis involvunt per incertum sortis et si non omnes opera, conscientia tamen pariter incesti; quoniam voto universorum appetitur, quidquid accidere potest in actu singulorum. Multa praetereo consulto: Nam et haec nimis multa sunt, quae aut omnia, aut pleraque omnium vera declarat ipsius pravae religionis obscuritas. Cur etenim occultare et abscondere quidquid illud colunt magnopere nituntur? cum honesta semper publico gaudeant, scelera secreta sint? cur nullas aras habent, templa nulla nulla, nota simulacra, nunquam palam loqui, nunquam libere congregari, nisi illud quod colunt et interprimum, aut puniendum est, aut pudendum? Unde autem, vel quis ille, aut ubi Deus unicus, solitarius, destitutus; quem non gens libera, non regna, non saltem Romana supersticio noverunt? Judeorum sola et misera gentilitas unum et ipsi Deum, sed palam, sed templis, aris, victimis, ceremoniisque coluerunt: cuius adeo nulla vis, nec potestas est, ut sit Romanum numinibus cum sua sibi natione captivus. At etiam Christiani, quenam monstra, quae portenta configunt? Deum illum suum, quem nec ostendere possunt, nec videre, in omnium mores, actus omnium, verba denique, et occultas cogitationes diligenter inquirere? discurrentem scilicet, atque ubique praesentem: molestum illum volunt, inquietum, impudenter etiam curiosum. Siquidem adstat factis omnibus, locis omnibus interrat: cum pec singulis inservire possit per universa districtus, nec universis sufficere in singulis occupatus. Quid? quod toti orbi, et ipsi mundo cum sideribus suis minantur incendium, ruinam moliuntur?

quasi aut naturae divinis legibus constitutus aeternus ordo turbetur; aut rupto elementorum omnium foedore, et coelesti compage divisa, moles ista, qua continetur et cingitur, subruatur. Neo hac furiosa opinione contenti aniles fabulas adstrunnt et annexunt, renasci se ferunt post mortem et cineres et favillas: et nescio qua fiducia mendacia suis invicem credunt. Putes eis jam revixisse. Anceps malum, et gemina dementia, coelo et astris, quae sic relinquitur, ut invenimus, interitum denuntiare: sibi mortuis, extinctis, qui sicut nascimur, et interimus, aeternitatem re promittere. Inde videlicet et execrantur rogos, et damnant ignium sepulturas: Quasi non omne corpus, etsi flamnis subtrahatur, annis tamen et aetibus in terram resolvatur; neo interspit, utrum ferae diripient, an maria consumant: an humus conteat, an flamma subducatur: cum cadaveribus omnis sepultura, si sentiunt, poena sit: si non sentiunt, ipsa conficiendi celeritate medicina. Hoc errore decepti beatam sibi, ut bonis, et perpetuae vitam inmortis pollicentur; ceteris, ut injustis, poenam sempernam. Multa ad haec suppetunt, ni festinet oratio. Injustos ipsis, magis nec labore, jam docui, quanquam etsi justos darem, culpam tamen, vel innocentiam fati tribui sententiis plurimorum et haec vestra consensio est. Nam quid agimus, ut alii fati, ita vos Deo dicitis. Sic sectae vestrae non spontaneos cupere, sed electos. Igitur iniquum judicem fingitis, qui sortem in hominibus puniat, non voluntatem. Voleatis tamen sciscitari, utrumne sine corpore, an cum corporibus? et corporibus quibus ipsisne? an innovatis resurgatur? Sine corpore? Hoc, quod sciā, neque mens, neque anima, nec vita est. Ipso corpore? Sed jam ante dilapsum est. Alio corpore ergo homo novus nascitur, non prior ille reparatur. Et tamen tanta aetas abiit, secula innumera fluxerunt, quis unus ullus ab inferis vel Protesilai sorte remeavit, horarum saltem permisso commeatu, vel ut exemplo crederemus? Omnia ista figura mentis male sanas opinionis, et inepta solatia a poetis fallacibus in dulcediē carminis lusa, a vobis nimis credulis in Deum vestrum turpiter reformata sunt: nec saltem de praesentibus capitis experimentum, quam vos irritas pollicitationis cassa vota decipient. Quid post mortem impendeat, miseri! dum adhuc vivitis aestimate. Ecce pars vestrum, et major, melior, ut dicitis, egetis, algetis, opere, fame, laboratis: et Deus patitur, dissimulat; non vult, aut non potest optulari suis: Ita aut invalidus, aut iniquus est. Tu qui immortalitatem postquam somnias, cum periculo quateris, cum febribus ureris, cum dolore laceraris, nondum conditionem tuam sentis? nondum agnoscis fragilitatem? invitus miser infirmitatis argueris, nec fateris? Sed omitto communia. Ecce vobis mihi, supplicia, tormenta, etiam non adorandas, sed subeundae cruces; ignes etiam, quos et praedictis et timetis: ubi Deus ille, qui subvenire reviviscentibus potest, viventibus non potest? Nonne Romani sine vestro Deo imperant, regnant, fruuntur orbe toto, vestrique dominantur? vos vero suspensi interim atque solliciti, honestis voluptatibus abstinetis: non spectacula visitis, non pompi interestis; convivia publice absque vobis; sacra certamina, praecertos cibos, et delibatos altaribus potius abhorretis. Sic reformidatis deos, quos negatis, non floribus caput neocritis, non corpus odoribus honestatis: reservatis unguenta funeribus: coronas etiam sepulchris denegatis; pallidi, trepidi, misericordia digni, sed nostrorum deorum: Ita nec resurgitis miseris, nec interim vivitis. Proinde si, quid sapientiae vobis, aut verecundiae est, desinite coeli plagas, et mundi fata et secreta, rimari. Satis est pro pedibus aspicere, maxime indoctis, impolitis, rudibus, agrestibus: quibus non est datum

intelligere civilia, multo magis denegatum est disserere divina. Quan-
 quam, si philosophandi libido est, Socratem sapientiae principem quiske
 vestrum tantus est, si poterit, imitetur. Ejus viri, quoties de coelestibus
 rogabatur, nota responsio est: QUOD SUPRA NOS, NIHIL AD NOS. Merito
 ergo de oraculo testimonium meruit prudentiae singularis; quod oraculum
 ipse praesensit, idcirco universi esse praepositum, non quod omnia
 comperisset, sed quod nihil se scire didicisset. Ita, confessae imperitiae
 summa prudentia est. Hoc fonte defluxit Arcesilae, et multo post Car-
 neadis et Academicorum plurimorum in summis quaestionebus tuta dubi-
 tatio; quo genere philosophari et caute indocti possunt, et docti gloriose.
 Quid? Simonidis Melici nonne admiranda omnibus, et sectanda
 cunetatio? qui Simonides cum de eo, quid, et quales arbitraretur deos ab
 Hierone tyranno quaereretur, primo deliberationi diem petuit, postridie
 biduum prorogavit, mox alterum tantum admonitus adjunxit; postremo
 cum causas tantae morae tyrannus inquireret, respondit ille, quod sibi,
 quanto inquisitio tardior pergeret, tanto veritas fieret obscurior. Mea
 quoque opinione, quae sunt dubia, ut sunt, relinquenda sunt: nec tot ac
 tantus viris deliberantibus temere et audaciter in alteram partem ferenda
 sententia est; ne aut anilis inducatur supersticio, aut omnis religio destruatur.
 Sic Caecilius, et renidens (nam indignationis ejus tumorem effusae
 orationis impetus relaxaverat:) Et quid ad haec, ait, audet Octavius
 homo Plautiae prosapiae, ut pistorum praecipius, ita postremus philo-
 sophorum? Parce, inquam, in eum plaudere: neque enim prius exulta-
 re te dignum est concinnitate sermonis quam utrinque plenus fuerit
 peroratum; maxime cum nos landi, sed veritati disceptatio vestra nittatur.
 Et quanquam magnum in modum me subtilli varietate tua delectarit
 oratio, tamen altius moveor, non de praesenti actione, sed de toto genere
 disputandi: quod plerumque pro disserentium viribus, et eloquentiae
 potestate, etiam perspicuae veritatis conditio mutetur. Id accidere
 pernotum est auditorum facilitate, qui dum verborum lenocinio a rerum
 intentionibus avocantur, sine delectu assentientur dictis omnibus: nec a
 rectis falsa secernunt, nescientes inesse et in incredibili verum, et in
 verisimili mendacium. Itaque quo saepius asseverationibus credunt, eo
 frequenter a peritioribus arguuntur: sic assidue temeritate decepti,
 culpam judicis transferunt ad incerti querelam, ut damnatio omnibus
 malint universa suspendere, quam de fallacibus judicare. Igitur nobis
 providendum est, ne odio identidem sermonum omnium laboremus; ita
 ut in execrationem et odium hominum plerique simpliciores efferantur.
 Nam incaute creduli circumveniuntur ab his, quos bonos putaverunt:
 mox errore consimili jam suspectis omnibus, ut improbos metuunt, etiam
 quos optimos sentire potuerunt. Nos proinde solicii, quod utrinque
 omni negotio disseratur, et ex altera parte plerumque obscura sit veritas,
 ex altero latere mira subtilitas, quae nonnumquam ubertate dioendi,
 fidem confessae probationis imitetur: diligenter, quantum potest, singula
 ponderemus, ut argumentas quidem laudare, ea vero quae recta sunt, eligere,
 probare, suspicere possimus. Decedis (inquit Caecilius) officio judicis
 religiosi: nam perinjuriū est, viris te actionis meae intergressu gravissimae
 disputationis infringere, eum Octavius integra et illibata habeat
 singula. Si potest refutari id, quod criminaris, inquam, in commune,
 nisi fallor, compendium protuli, ut examine scrupuloso nostrā senten-
 tiā non eloquentiae tumore, sed rerum ipsarum soliditate libremus. Nec
 avocanda, quod quereris, diutius intentio. Cum toto silentio licet
 responsum Januarii nostri jam gestientis audire. Et Octavius: Dicam

equidem, ut poteris pro viribus, et admittendum tibi mecum est, ut conviviorum amarissimam labem verborum veraciump flumine diluamus. Nec dissimulabo, principio ita Natalia mei errantem, vagam, hibricam nutasse sentientiam, ut sit nobis ambigendum; utrum tua eruditio turbata sit, an vacillaverit per errorem. Nam interim deos credere, interim se deliberare variavit, ut propositionis incerto, incertior responsionis nostrae intentio fudaretur. Sed in Natali meo versutiam nolo, non credo, procul est ab ejus simplicitate subtilis urbanitas. Quid igitur?, ut qui rectam viam nescit, ubi, ut fit, in plures una diffinditur, quia viam nescit, haeret anxius, nec singulas audet eligere, nec universas probare: sic, cui non est veri stabile iudicium, prout infida suspicio spargitur, ita ejus dubia opinio dissipatur. Nullum itaque miraculum est, si Caecilius identidem in contraria ac repugnantibus jactetur aestu, et fluctuetur: quod ne fiat ulterius, convincam et redarguan, quamvis divetsa sint quae dicta sunt, una veritate confirmata probetaque. Nec dubitandum ei de cetero est, nec vagandum. Et quoniam meus frater erupit aegre se ferre, stomachari, indignari, dolere, illiteratos, pauperes, imperitos, de rebus coelestibus disputare; sciat omnes homines sine delectu aetatis, sexus, dignitatis, rationis et sensus capaces et habiles procreatos: nec fortuna nactos, sed natura insitos esse sapientiam: quin ipos etiam philosophos, vel si qui alii artium repertores in memorias exierunt, priusquam sollertia mentis parerent nominis claritatem, habitos esse plebejos, iudeicos, seminudos. At vero divites facultatibus suis illigatos, magis aurum suspicere con-suesse, quam coelum. Nostrates pauperes, et commentos esse prudentiam, et tradidisse ceteris disciplinam. Unde apparet ingenium non dari facultatibus, nec studio parari, sed cum ipsa mentis formatione generari. Nihil itaque indignandum, vel dolendum, si quicumque de divinis quaerat, sentiat, proferat; cum non disputationis auctoritas, sed disputationis ipsius veritas requiratur: atque etiam, quo imperitior sermo, hoc illustrior est: quoniam non fucatur pompa facundiae et gratiae, sed, ut est, recti reguli sustinetur. Nec recuso, quod Caecilius assercere inter praecipua connisus est, hominem nosse se, et circumspicere debere, quid sit, unde sit, quare sit; utrum elementis concretus, an concinnatus atomis, an potius a Deo factus, formatus, animatus? Quod ipsum explorare et eruere sine universitatis inquisitione non possumus, cum ita cohaerentia, connexa, concatenata sint, ut, nisi divinitatis rationem diligenter excusseris, nescias humanitatem; nec possis pulchre gerere rem civilem, nisi cognoveris hanc communem omnium mundi civitatem: praecipue cum a feris bellus hoc differamus, quod illa prona, in terramque vergentia, nihil nata sint prospicere, nisi pabulum: nos quibus vultus erectus, quibus suspectus in coelum datum est, sermo, et ratio, per quae Deum agnoscamus, sentimus, imitamur, ignorare, neo fas nec licet ingremtem sese oculis, et senibus nostris coelestem claritatem. Sacrilegii enim vel maximi instar est, humi quaerere, quod in sublimi debeas invenire. Quo magis mihi videntur, qui hunc mundi totius ornatum non divina ratione perfectum volunt, sed frustis quibusdam temere cohaerentibus congregatum, mentem, sensum, oculos denique ipsos non habere. Quid enim potest esse tam aperitum, tam confessum, tamque perspicuum cum oculis in coelum sustuleris, et quae sunt infra circaque lustraveris, quam esse aliquod numen praestantissimae mentis, quo omnis natura inspiretur, moveatur, alatur, gubernetur? Coelum ipsum vide, quam late tenditur, quam rapide volvitur, vel quod in noctem astris distinguitur, vel quod in diem sole lustratur; jam scies quam sit in eo summi moderatoris.

mira
vide
dican
Relin
cursu
singul
periec
summ
frugis
testata
autun
turba
ne hic
veris
tentia
string
Aspic
perene
apte
Quid
arma
acule
cipiu
vultu
ceter
Nihil
decom
unicu
se si
gener
cant,
solun
circu
Nilus
et rig
ornan
rebus
ramq
domi
orem
putan
gube
terre
aut c
hinni
trans
est.
duos
gregi
divisi
cum
minu
manu

mira et divina libratio. Vide et annum, ut solis ambitus faciat, et mensem vide ut luna auctu senio, labore circumagat. Quid tenebrarum et luminis dicam recursantes vices, ut sit nobis operis et quietia alterna reparatio? Relinquenda vera astrologia prolixior de sideribus oratio, vel quod regant cursum navigandi, vel quod arandi, metendique tempus inducant: quae singula non modo ut crearentur, fierent, disponerentur, summi opificis, et perfectae rationis eguerunt, verum etiam sentiri, perspici, intelligi, sine, summa sollicitia et ratione non possunt. Quid? cum ordo temporum ac frugum stabili varietate distinguitur, nonne auctorem suum, parentemque testatur? Ver aequo cum suis floribus, et aestas cum suis messibus, et autunni maturitas grata, et hiberna olivitas necessaria qui ordo facile turbaretur, nisi maxima ratione consisteret. Jam providentiae quantae, ne hiems sola glacie ureret, aut sola aestas ardore torreret, autumni et veris inserere medium temperamentum, ut per vestigia sua anni revertentis occulti et innoxii transitus laberentur. Mari intende, lege literis stringitur; quidquid arborum est vide, quam e terrae visceribus animatur. Aspice Oceanum, refluit reciprocis aestibus: vide fontes, manant venis perennibus: fluvios intuere, eunt semper exercitus lapsibus. Quid loquar apte disposita recta montium, collium flexa, porrecta camporum? Quidve animantium loquar adversus sese tutelam multiformem? alias armatas cornibus, alias dentibus septas, et fundatas unguulis, et spicatas aculeis, aut pedum celeritate liberas, aut elatione pinnarum? Ipsa praecipue formae nostrae pulchritudo Deum fatetur artificem, status rigidus, vultus erectus, oculi in summo, velut in specula constituti, et omnes ceteri sensus, velut in arce compositi. Longum est ire per singula. Nihil in homine membrorum est, quod non et necessitatis causa sit, et decoris: et, quod magis mirum est, eadem figura omnibus, sed quadam unicuique lineamenta deflexa: Sic et similes universi videmur, et inter se singuli dissimiles invenimur. Quid nascendi ratio? quid cupidus generandi? nonna a Deo data est? et ut ubera partu matrescente lactescant, et ut tener foetus ubertate lactei roris adolescat? Nec universitatibus solum modo Deus, sed et partibus consultit. Britannia sole deficitur, sed circumfluentis maris tempore recreatur. Aegypti siccitatem temperat Nilus; eolit Euphrates Mesopotamiam Indus: et serere Orientem dicitur, et rigare. Quod si ingressus aliquam domum, omnia exulta, disposita, ornamenta vidisses, utique præses ei crederes dominum, et illis bonis rebus multo esse meliorem: ita in hac mundi domo, cum coelum, terraque perspicias, providentiam, ordinem, legem, crede esse universitatem dominum, parentemque, ipsius sideribus, et toties mundi partibus pulchrem. Ni forte, quoniam de providentia nulla dubitatio est, inquirendum putas, utrum unius imperio, an arbitrio plurimorum coeleste regnum gubernetur? quod ipsum non est multi laboris aperire cogitanti imperia terrena, quibus exempla utique de coelo. Quando unquam regni societas aut cum tide coepit, aut sine cruro discessit? Omitto Persas de quorum hinnitu augurantes principatum, et Thebanorum par mortuum, fabulam, transeo. Ob pastorum, et casas regnum de geminis memoria notissimum est. Generi et socii bella toto orbe diffusa sunt, et tam magni imperii duos fortuna non cepit. Vide cetera. Rex unus apibus, dux unus in gregibus, in armatis rector unus: tu in coelo summam potestatem dividis credas, et scindi veri illius ac divini imperii totam potestatem? cum palam sit parehabet omnium Deum nec principium habere, nec terminum; qui nativitatem omnibus praestet, sibi perpetuitatem: qui ante mundum fuerit sibi ipse pro mundo; qui universa quaecunque sunt, verbo

jubet, ratione dispeusat, virtute consummat. Hic nec vidori potest, visu
oloriar est; nec comprehendendi, tactu purior est; nec aestimari, sensibus
major est, infinitus, immensus, et soli sibi, tantus quantum est, notus.
Nobis vero ad intellectum pectus angustum est: et ideo sic eum digne
aestimamus, dum inaestimabilem dicimus. Eloquar quemadmodum
sentio, magnitudinem Dei, qui se putat nosse, minuit: qui non vult
minuere, non novit. Nec nomen Deo quaerat, Deus nomen est: illic
vocabulii opus est, cum per singulos proprii appellationum insignibus
multitudo dirimenda est: Deo, qui solus est, Dei vocabulum totum est:
quem si patrem dixeris, terrenum opinaris; si regem, carnalem suscep-
ris; si dominum, intelliges utique mortalem. Aufer additamenta nomi-
num, et perspices ejus claritatem. Quid? quod omnium de isto habeo
consensum? Audio vulgus, cum ad coelum manus tendunt, nihil aliud
quam Deum dicent, et, Deus Magnus est, et, Deus verus est: et, si Deus
dederit: vulgi iste naturalis sermo est, an Christiani confitentis oratio?
Et qui Jovem principem volunt, falluntur in nomine, sed de una potestate
consentient. Audio poetas quoque unum patrem divum atque hominum
praedicantes, et talem esse mortalium mentem, quallem parons omnium
diem duxerit. Quid Mantuanus Maro? nonne apertius, proximus,
verius? Principio, ait, coelum et terras, et cetera mundi membra, spiritus
intus alit, et infusa mens agitat: inde hominum, pecuduumque genus, et
quidquid aliud animalium. Idem, alio loco, mentem istam et spiritum
Deum nominat. Haec enim ejus verba sunt. *Deum namque ire per
omnes terraque tractusque maris, coelunque profundum: unde homines et
pecudes, unde imber et ignes.* Quid aliud et a nobis Deus, quam mens,
et ratio, et spiritus praedicatur? Recensemus, si placet, disciplinam
philosophorum, deprehendes eos, et si sermonibus variis, ipsis tamen
rebus in hanc unam coire et conspirare sententiam. Omitto illos rudes et
veteres, qui de suis dictis sapientes esse meruerunt. Sit Thales Milesius
omnium primus, qui prima omnium de coelestibus disputavit. Idem
Milesius Thales rerum initium aquam dixit: Deum autem eam mentem,
quae ex aqua cuncta formaverit; et altior et sublimior aquae et spiritus
ratio, quam ut ab homine potuerit inveniri, a Deo tradita. Vides philosophi
principalis nobiscum penitus opinionem consonare. Anaximenes
deinceps, et post Apolloniates Diogenes aera Deum statuunt, infinitum,
et immensum. Horum quoque similis de divinitate consensio est.
Anaxagorae vero, descriptio et motus infinitae mentis Deus dicitur. Et
Pythagorae Deus est animus, per universam rerum naturam commensans
et intentus: ex quo etiam animalium omnium vita capiatur. Xenophanem
notum est, omne infinitum cum mente, Deum tradere: et Antisthenem,
populares deos multos, sed naturalem unum praecipuum. Speu-
sippum vim naturalem, animalem, qua omnia regantur, Deum nosse.
Quid Democritus? quamvis atomorum primus inventor, nonne plerumque
naturam, quae imagines fundat, et intelligentiam, Deum loquitur?
Strator quoque et ipse naturam. Etiam Epicurus ille, qui deos aut
otiosos fingit, aut nullos, naturam tamen superponit. Aristoteles variat,
et assignat tamen unam potestatem. Nam interim mentem, mundum
interim Deum dicit, interim mundo Deum praeficit. Heraclides Ponticus
quoque Deo divinam mentem, quamvis varie, adscribit, alias mundo,
alias menti divinae tribuens principatum. Theophrastus, et Zenon, et
Chrysippus, et Cleanthes, sunt et ipsi multiformes, sed ad unitatem
providentiae omnes revolvuntur. Cleanthes enim mentem, modo
animum, modo aethera, plerumque rationem deum, disseruit. Zenon

equestrem magister naturalem legem atque divinam, et aethera interim, interdumque rationem vult omnium esse prinoipium: Idem interpretando Junonen aera, Jovem coelum, Neptunum mare, ignem esse Vulcanum, et ceteros similiter vulgi deos elementa esse monstrando, publicum arguit graviter et revincit errorem. Eadem fero Chrysippus, vim divinam, rationalem naturam, et mundum interim, et fatalem necessitatem Deum credit; Zenonemque interpretatione physiologiae in Hesiodi, Homeri, Orpheique carminibus imitatur. Babylonio etiam Diogeni disciplina est exponendi et disserendi, Jovis partum, et ortum Minervae, et hoc genus cetera, rerum vocabula esse, non deorum. Nam Socraticus Xenophon formam Dei veri negat videti posse, et ideo quaeri non oportere: Aristo Chius comprehendi omnino non posse. Uterque majestatem Dei, intelligendi desperatione senserunt. Platonii apertior de Deo, et rebus ipsis, et nominibus oratio est, et quae tota esset coelestis, nisi persuasione civilis nonnumquam admixtione sordesceret. Platonii itaque in Timaeo Deus est ipso suo nomine mundi parens, artifex animae, coelestium terrenorumque fabricator: quem et invenire difficile, prae nūnia et in credibili potestate, et cum inveneris, in publicum dicere impossibile praefatur. Eudem fere et ista quae nostra sunt: Nam et Deum novimus, et parentem omnium dicimus; et nunquam publice nisi interrogati praedicamus. Exposui opiniones omnium ferme philosophorum, quibus illustrior gloria est, Deum unum multis licet designasse nominibus: ut quisvis arbitretur, aut nunc Christianos philosophos esse, aut philosophos fuisse jam tunc Christianos. Quod si providentia mundus regitur, et unius Dei natu gubernatur, non nos debet antiquitas imperitorum fabellias suis delectata, vel capta, ad errorem mutui rapere consensus: cum philosophorum suorum sententiis refellatur, quibus et rationis et vetustatis adsistit auctoritas. Majoribus enim nostris tam facilis in mendaciam fides fuit, ut temere crediderint etiam alia monstruosa mira miracula: Scyllam multiplicem, Chimaeram multiformem, et Hydram felicibus vulneribus renascentem, et Centauros equos suis hominibus implexos, et quidquid famae licet fingeret, illis erat libenter audire. Quid illas aniles fabulas, de hominibus aves, et feras homines, et de hominibus arbores atque flores? quae si essent facta, fierent; quia fieri non possunt, ideology nec facta sunt. Similiter, ac vero erga deos quoque, maiores nostri improvidi, creduli, rudi simplicitate crediderunt: dum reges suos colunt religiose, dum defunctos eos desiderant in imaginibus videre, dum gestiunt eorum memorias in statuis detinere, sacra facta sunt quae fuerant adsumpta solatia. Denique antequam commercii orbis pateret, et antequam gentes ritus suos moresque miscerent, unaquaque natio conditorem suum, aut ducem inelytum, aut reginam pudicam sexu suo fortiorem, aut alicujus munieris vel artis repertorem venerabatur, ut civem bonae memoriae. Sio et defunctis praemium, et futuris dabatur exemplum. Lege Stoicorum scripta, vel scripta sapientum, eadem mecum recognosce: Ob merita virtutis aut munieris deos habitos. Euhemerus exsequitur, et eorum natales, patrias, sepulchra dinumerat, et per provincias monstrarat: Dictaei Jovis, et Apollinis Delphici, Phariae Iidis, et Cereris Eleusinae. Prodigii assumptos in deos loquitur, qui errando inventis novis frugibus utilitati hominum profuerunt. In eandem sententiam et Perseus philosophatur, et adnectit inventas fruges et frugum ipsarum repertores iisdem nominibus, ut Comicus sermo est, Venerem sine Libero et Cererem frigere. Alexander ille magnus Macedo insigni volumine ad matrem suam scripsit, metu suae potestatis proditum sibi

de diis hominibus a sacerdote secretum. Illic Vulcanum facit omnium principem, et poetas Jovis gentem; Despice Isidis ad hirundinem, sistruin, et dispersis membris inanem tui Serapidis sive Osiridis tumulum. Considera denique sacra ipsa, et ipsa mysteria, invenies exitus tristes, fata, et funera, et luctus, atque planctus miserorum deorum. Isis perditum filium eum Cynocephalo suo et calvis sacerdotibus luget, piangit, inquirit: et Isiaci miseri caedunt pectora, et dolorem infelicissimae matris imitantur: mox, invento parvulo, gaudet Isis, exultant sacerdotes, Cynocephalus inventor gloriatur: nec desinunt annis omnibus vel perdore quod inveniunt, vel invenire quod perdunt. Nonne ridiculum est, vel lugere quod colas, vel colere quod lugens? Haec tamen Aegyptia quondam, nunc et sacra Romana sunt. Ceres facibus accensis, et serpente circumdata, errore subreptam et corruptam Liberam anxia et sollicita vestigat. Haec sunt Eleusinia. Et quae Jovis sacra sunt? nutrix capella est, et avido patri subtrahitur infans, ne voretur, et Corybantum cymbalis, ne poter audiat vagitus, tinnitus eliditur. Cybelae Dindyma pudet dicere, quae adulterum suum infeliciter placitum, quoniam et ipsa deformis et vetula, ut multorum deorum mater, ad stuprum illicere non poterat, execuit, ut deum scilicet faceret eunuchum. Propter hanc fabulam Galli eam et semiviri sui corporis suppicio colunt. Haec jam non sunt sacra, tormenta sunt. Quid formae ipsae et habitus? nonne arguant ludibria, et dedecora deorum vestrorum? Vulcanus claudus Deus, et debilis: Apollo tot aetatibus levis: Aesculapius bene barbatus, etsi semper adolescentis Apollinis filius: Neptunus glaucis oculis, Minerva caesiis, bubulis Juno: pedibus Mercurius alatis, Pan ungulatis, Saturnus compeditus: Janus vero frontes duas gestat, quasi ut aversus incedat: Diana interim est alte succincta venatrix: et Ephesia mammis multis, et uberibus extracta: et Trivia trinis capitibus, multis manibus horrifica. Quid ipse Jupiter vester? modo imberbis statuitur, modo barbatus locutus: et cum Hammon dicitur, habet cornua; et cum Capitolinus, tunc gerit fulmina; et cum Latianus, cruento perfunditur; et cum Feretrius, non auditur. Et ne longius multos Jovis obeam, tot sunt Jovis monstra quot nomina. Erigone suspensa de laqueo est, ut virgo inter astra ignita sit: Castores alternis moriuntur, ut vivant: Aesculapius, ut in Deum surgat, fulminatur: Hercules, ut hominem exuat, Oetaeis ignibus concrematur. Has fabulas et errores et ab imperitis parentibus discimus, et, quod est gravius, ipsa studiis et disciplinis elatramus, carminibus praecipue poetarum, qui plurimum quantum veritati ipsa sua auctoritate nocuere. Et Plato ideo praeclare Homerum illum inclytum, laudatum et coronatum, de civitate, quam in sermone instituebat, ejecit. Hic enim praecepsus bello Troico deos vestros, etsi ludos facit, tamen in hominum rebus et actibus miscuit. Hie eorum paria composuit, sauciavit Venerem, Martem vinxit, vulneravit, fugavit: Jovem narrat a Briareo liberatum, ne a diis ceteris ligaretur; et Sarpedonem filium, quoniam morti non poterat eripere, cruentis imbribus flevisse, et loro Veneris illectum, flagrantius quam in adulteris soleat, cum Junone uxore concumbere. Alibi Hercules stercore egerit, et Apollo Admeto pecus pascit. Laomedonti vero muros Neptunus instituit, nec mercedem operis infelix structor accepit. Illic Jovis fulmen cum Aeneae armis in incude fabricatur: cum coelum et fulmina, et fulgura longe ante fuerint, quam Jupiter in Creta nascetur, et flammam vetri fulminis nec Cyclops potuerit imitari, nec ipse Jupiter non reveri. Quid loquar Martis et Veneris adulterium deprehensem? et in Ganymedem Jovis stuprum coelo consecratum?

Quae
parare
rumpu
summ
nesciu
princip
Romai
et Tha
Italian
illo h
impriz
suam,
suo ne
reliqui
pater h
Italos
coelo
Jupiter
adhuo
quis h
gener
cetero
tingiti
bus, d
nis, se
adscri
jam s
possit
autum
sunt, i
Junon
ista g
Cetero
bus de
neo te
natos
consec
ritoru
nitore
torme
besce
enim
caedi
vascu
inoud
leviga
vener
vel a
scalpi
Neo
deus
vestri


non

Quae omnia in hoc prodita, ut judicis hominum quedam auctoritas pararetur. His atque hujusmodi fragmentia et mendaciae dulcioribus corruptunt ingenia puerorum; et hisdem fabulis inhaerentibus, adusque summae aetatis robur adolescant, et in iisdem opinionibus miseri consenscent: cum sit veritas obvia, sed requirentibus. Saturnum enim principem hujus generis et examina omnes scriptores vetustatis, Graeci Romanique, hominem prodiderunt. Sei hoc Nepos et Cassius in historia: et Thallus, ac Diodorus hoc loquuntur. Is itaque Saturnus Creta profugus, Italiam metu filii saevitie accesserat, et Jani susceptus hospitio rudes illos homines et agrestes multa docuit, ut Graeculus et politus, litteras imprimere, nummos signare, instrumenta conficeret. Itaque latebram suam, quod tuto latuisset, vocari maluit Latium; et urbem Saturniam de suo nomine; et Janieulum Janus, ad memoriam eterque posteritatis reliquerunt. Homo igitur utique qui fugit, homo utique qui latuit, et pater hominis, et natus ex homine: terre enim et coeli filius, quod apud Italos esset genitus parentibus proditus: ut in hodiernum inopinato visos, coelo missos, ignobiles et ignotos, terraq; filios nominamus. Eius filius Jupiter Cretae, excluso parente, regnavit, illuc obiit, illuc filios habuit; adhuc antrum Jovis visitur, et sepulchrum ejus ostenditur, et ipis sacrificiis humanitatis arguitur. Otiosum est ire per singulos, et totam seriem generis istius explicare, cum in primis parentibus probata mortalitas, in ceteros ipso ordine successione influeret. Nisi forte post mortem deos tingitis: et, pejerante Proculo, deus Romulus: et Juba, Mairis voluntibus, deus est: et divi ceteri reges qui consecrantur, non ad fidem numinis, sed ad honorem emeritae potestatis. Invitis his denique hoc nomen adscribitur; optant in homine perseverare, fieri se deos metuant; et si jam senos, nolunt. Ergo nec de mortuis dili, quoniam Deus mori non possit; nec de natib; quoniam moritur omne quod nascitur: divinum autum id est, quod nec ortum habet, nec occasum. Cur enim si nati sunt, non hodieque nascuntur? nisi forte jam Jupiter senuit, et partus in Junone defecit: et Minerva canuit antequam peperit. An ideo cessavit ista generatio, quoniam nulla hujusmodi fabulis praebetur assensio? Ceterum si dili creari possent, interire non possent; plures totis hominibus deos haberemus; ut jam eos nec coelum contineret, nec aer caperet, nec terra gestaret. Unde manifestum est, hominem illos fuisse, quos et natos legimus, et mortuos scimus. Quis ergo dubitat horum imagines consecratae vulgus orare, et publice colere; dum opinio et mens imperitorum artis concinnitate decipitur, auri fuligore praestringitur, argenti nitore et candore eboris habetur? Quod si in animum quis inducat tormenta quibus, et quibus machinis simulacrum omne formetur, erubescet timere se materiem, ab artifice, ut deum faceret, illusam. Deus enim ligneus, rogi fortasse, vel infelcis stipiti portio, suspenditur, caeditur, dolatur, runcinatur. Et deus aereus, vel argenteus de immundo vasculo, ut saepius factum *Egyptio regi*, confiatur, tunditur malleis, et incudibus figuratur: et lapideus caeditur, scalpitur, et ab impurato homine levigatur: nec sentit sua nativitatis injuriam, ita ut nec postea de vestra veneratione culturam; nisi forte nondum deus saxum est, vel lymnum, vel argentum. Quando igitur hic nascitur? ecce funditur, fabricatur, scalpitur. Nondum deus est. Ecce plumbatur, construitur, erigitur. Nec adhuc deus est. Ecce ornatur, consecratur, oratur, tunc postremo deus est; cum homo illum voluit, et dedicavit. Quanta vero de dili vestris, animalia muta naturaliter judicant? mures, hirundines, milvi, non sentire eos sciunt, rodunt, inculcant, insident, ac nisi abigatis, in

ipse dei vestri ore nidificant. Araneas vero faciem ejus intexunt, et de ipso capite sua filia suspendunt. Vos tergitis, mundatis, eruditis, et illos, quos facitis, protegitis, et timetis. Dum uniusquisque vestrum non cogitat, prius se debere deum nosse, quam eolare: dum inconsulto gestiunt parentibus obedire: dum fieri malunt alieni erroris accessio, quam sibi eredere: dum nihil ex his quae timent, norunt; sic in auro et argento avaritia consecrata est; sic statuarum inanium consignata forma; sic nata Romana supersticio, quorum ritus, si percenseas, ridenda quam multa, multa etiam miseranda sunt. Nudi crudeliter hinc discurrent. Alii incedunt pletei, scuta vetera circumferunt, polles caudent, mendicantes vicatim deos ducunt. Quaedam fana semel anno adire permittuntur. Quaedam in totum nefas visere. Est quo viro non licet, et nonnulla abeque foemini sacra sunt? Etiam serva quibusdam ceremoniis interesse piaculare flagitium est. Alia sacra coronat univira, alia multivira, et magna religione conqueritur, quae plura possit adulteria numerare. Quid? qui sanguine suo libat, et vulneribus suis supplicat, non profanus incolius esset, quam sic religiosus? aut, cui extra sunt obscena, demossas, quomodo deum violat, qui hoc modo placat? cum si eunuchos deum vollet, posset procreare, non facere. Quis non intelligat mala sanos, et vanne et perdita mentis in ista desipere, et ipsam errantium turbam mutua sibi patrocinia praestare? Hic defensio communis furoris est furentium multitudo. At tamen ista ipsa supersticio Romanis dedit, auxit, fundavit imperium; cum non tam virtute, quam religione, et pietate pollerent. Niinirum insignis et nobilis justitia Romana ab ipsis imperii nascientis incunabulis auspiciata est. Nonne in ortu suo et sceleri collecti, et muniti immanitatis suae terrore creverunt? Nam asylo, prima plebe congregata est. Confluxerant parditi, facinores, incesti, sicarii, proditores. Et ut ipse Romulus, Imperator et rector, populum suum facinore praeccelleret, parricidium fecit. Haec prima sunt auspicia religiosae civitatis. Mox alias virgines jam despontatas, jam destinatas, et non nullas de matrimonio mulierculas sine more rapuit, violavit, illusit: et cum earum parentibus, id est, cum sociis suis, bellum misericit, propinquum sanguinem fudit. Quid irreligiosus, quid audacius, quid ipsa sceleria confidentia futius? Jam finitum agro pellere, civitates proximas evertere cum templis et altanbus: captos cogere: damnis alienis, et suis sceleribus adolescere cum Romulo, regibus ceteris, et postremis ducibus disciplina communis est. Ita quidquid Romani tenent, colunt, possident, audaciae preda est: templa omnia de manubuis, id est, de ruinis urbium, de spoliis deorum, de caedibus sacerdotum. Hoc insultare et illudere est, victimis religionibus servire, captivas eas post victorias adorare. Nam adorare quae manu operis, sacrilegium est consecrare, non numina. Toties ergo Romanis impiatum est, quoties triumphatum: Tot de diis spolia, quot de gentibus et tropaea. Igitur Romani non ideo tanti quod religiosi, sed quod impune sacilegi. Neque enim potuerunt in ipsis bellis deos adjutores habere, adversus quos arma rapuerunt, et quos post cladem detributatos colere cooperunt. Quid autem isti dii pro Romanis possunt, qui nihil pro suis adversis eorum arma valuerunt? Romanorum enim vernaculae deos novimus. Romulus, Picus, Tiberinus, et Consus, et Pilumnus, ac Picumnus dii. Cloacinam Tatus et inventit et colinit: Pavorem Hostilius atque Pallorem. Mox a nescio quo Febris dedicata: haec alumna urbis istius superstitio, morbi et malae valetudines. Sane et Acca Larentia, et Flora, meretrices propudicissas, inter morbos Romanorum et deos computandae. Isti scilicet adversus ceteros,

, et de
et illos,
um nou
consulto
cessio,
auro et
magnata
ridenda
curunt.
mendit
mittunt.
nonnulla
ii inter
ultivira,
amarera.
profanus
lemonia,
us vollet,
et vanae
in mutua
urentium
fundavit,
pollerent.
nascentis
collecti, et
na plebs
ri, prodici
a facinore
religiosae
s, et non
illitus : et
propin
ipsa sce
proximas
alienis, et
postremis
nt, colunt,
id est, de
Hoc insul
victorias
consecrare,
phantum :
i non ideo
potuerunt
uerunt, et
em isti dii
valuerunt ?
Tiberinus,
et inventit
quo Febris
e valetudi
nosa, inter
sus ceteros,

qui in gentibus colebantur, Romanorum imperium protulerunt. Neque enim eos adversum suos homines vel mars Thracius, vel Jupiter Creticus, vel Juno nunc Argiva, nunc Samia, nunc Poena, nunc Diana Taurica, vel mater Idaea, vel *Ægyptia* illa non numina, sed portenta juverunt. Nisi forte apud istos major castitas virginum, aut religio sanctior sacerdotum : cum paene in pluribus virginibus, et quo inconsultius se viris miscerentur. Vesta sane nesciente, sit incestum vindicatum : in residuis impunitate fecerit, non castitas tutor, sed impudicitia felicior. Ubi autem magis a sacerdotibus, quam inter aras et delubra conduceunt stuprum, tractantur lenocinia, adulteria meditantur ? frequenter denique in audiitorum cellulis, quam in ipsis lupanaribus flagrans libido defungitur. Et tamen ante eos, Doo dispensante, diu regna tenuerunt *Aasyyri*, Medi, Persae, Græci etiam, et *Ægyptii*, cum Pontifices et Arvalis, et Salios, et Vestales, et Augures non haberebat, nec pullos cavea recluos, quorum cibo vel fastidio res summa regeretur. Jam enim venio ad illa auspicia et auguria Romana, quae summo labore collecta testatus es, et poenitenter omissa, et observata feliciter. Clodius scilicet, et Flaminius, et Junius ideo exercitus perdidérunt, quod pullorum solistimum tripodium expectandum non putaverunt ? Quid Regulus ? nonne anguria servavit, et captus est ? Mancinus religionem tenuit, et sub jugum missus est, et deditus ? Pullon edaces habuit et Paulus apud Cannas, tamen cum maiore reipublicae parte prostratus est ? Caius Caesar, ne ante brumam in Africam navigia transmisserat auguriis et auspiciis renitentibus, sprexit, eo facilius et navigavit et vici ? Quae vero et quanta de oraculis prosequar ? Post mortem Amphiarus ventura respondit, qui proditum iri se ob monile ab uxore nescivit. Tiresias caecus futura videbat, qui praesentia non videbat. De Pyrrho Ennius Apollinis Pythia responsa confinxit, cum jam Apollo versus facere desisset : eujus tunc cantum illud et ambiguum defecit oraculum, cum et politiores homines, et minus creduli esse cooperant. Et Demosthenes, quod sciret responsa simulata, *Philippizes* Pythiam querebatur. At nonnumquam falso veritatem vel auspicia vel oracula tetigere. Quamquam inter multa mendacia, videri possit industriam casus imitatus, aggrediar tamen fontem ipsum erroris et pravitatis, unde omnis caligo ista manavit, et altius eruere et aperire manifestius. Spiritus sunt insinueri, vagi, a coelesti vigore terrenis labibus et cupiditatibus degravati. Iste igitur spiritus, posteaquam simplicitatem substantias suas, onusti et immersi vitios, perdidérunt, ad solitum calamitatis suae non desinunt perditu jam perdore, et depravati errorem pravitatis infundere, et alienari a Deo, inductis pravis religionibus a deo segregare. Eos spiritus daemonas esse poetæ sciunt, philosophi disserunt, Socrates novit, qui ad nutum et arbitrium assidentis sibi daemonis vel declinabat negotia, vel petebat. Magi quoque, non tantum sciunt daemonas, sed etiam quidquid miraculi ludunt, per daemonas faciunt. Illis aspirantibus et infundentibus præstigias edunt ; vel quae non sunt, videri, vel quae sunt, non videri. Eorum et Magorum eloquio et negotio primus Hostanes, et versus Deum merita majestate prosequitur ; et angelos, id est ministros et nuntios Dei, sed veri, ejusque venerationi novit assistere : ut et nutu ipso, et vultu domini territi contremiscant. Idem etiam daemonas pròdidi terrenos, vagos, humanitatis inimicos. Quid Plato ? qui inventre Deum negotium credidit, nonne et angelos sine negotio narrat et daemonas ? et in *Symposio* etiam suo naturam daemonum exprimere connititur ? vult enim esse substantiam inter mortalem immortalēmque, id est, inter corpus et spiritum, medium, terreni ponderis.



at oeclestis levitatis admixtione concretam, ex qua moveat etiam in nos proculpidinem amoris, et dicit informari et labi pectoribus humanis, et sensum movere, et affectus fingere, et ardorem cupiditatis infundere. Isti igitur impuri spiritus, daemones, ut ostensum a Magis, a philosophis, et a Platone, sub status et imaginibus consecrati delitescant, et afflatu suo auctoritatem quasi praesentis numinis consequuntur, dum inspirantur interim vatis, dum fanis immorantur, dum nonnumquam extorum fibras animant, avium volatus gubernant, sortes regunt, oracula efficiunt falsis pluribus involuta. Nam et falluntur, et falliunt, ut et nescientes sinceram veritatem, et quam sciunt, in perditionem sui non confitentes. Sic a coelo deorum gravant, et a Deo vero ad materiam avocant, vitam turbant, somnos inquietant, irrepentes etiam corporibus occulte, ut spiritus tenues: morbos fingunt, terrent montes, membra distorquent, ut ad cultum sui cogant, ut nidore altarium vel hostiis pecudum saginati, remissis, quae constrinxerant, curasse videantur. Hi sunt et furentes, quos in publicum videtis excurrere, vates et ipsi abeque templo, sic insanunt, sic bacchantur, sic rotantur, par et in illis instigatio daemonis, sed argumentum dispar furoris. De ipsis etiam illa quae paullo ante tibi dicta sunt, ut Jupiter ludos repeteret ex somnio, ut, cum equis Castores viderentur, ut cingulum matronae navicula sequeretur. Haec omnia sciunt plerique, pars vestrum, ipsis daemones de semitipsis confitenti, quoties a nobis tormentis verborum, et orationis incendiis de corporibus exicuntur. Ipse Saturnus, et Serapis, et Jupiter, et quidquid daemonum colitis, victi dolore, quod sunt, eloquuntur: nec utique in turpidinem sui, nonnullis praesertim vestrum assistentibus, mentiuntur. Ipsi testibus esse eos daemones de se verum confitentibus credite. Adjurati enim per Deum verum et solum, inviti, miseri, corporibus inhorrescent; et vel exiliunt statim, vel evanescent gradatim, prout fides patientis adjuvat, aut gratia curantis aspirat. Sic Christianos de proximo fugitant, quos longe in coetibus per vos lacebant. Ideo inserti mentibus imperitorum, odium nostri seruit occulite per timorem. Naturale est enim et odisse, quem timeas, et quem metueris, infestare, si possis. Sic occupant animos, et obstruunt pectora, ut ante nos incipiunt homines odisse, quam nosse: ne cognitos aut imitari possint, aut damnare non possint. Quam autem iniquum sit, incogniti et inexplorati judicare, quod facitis, nobis ipsis poenitentibus crediti; et nos enim idem fulmen, et eadem yobiscum quandam adhuc caeci et hebetes sentiebamus: quasi Christiani monstrarent, infantes vorarent, convivia incesta miserent: nec intelligebamus ab his fabulas istas semper ventilari, et nonquam vel investigari, vel probari, nec tanto tempore aliquem existere qui proderet, non tantum facti veniam, verum etiam indicii gratiam consecuturum. Malum autem adeo non esse, ut Christianus reus nec erubesceret, nec timeret, et unum solummodo, quod non ante fuerit, poeniteret. Nos tamen cum sacrilegos aliquos et incestos, parricidas etiam, defendendos et tuendos suscipiebamus, hos nec audiendos in totum putabamus: nonnunquam etiam miserantes eorum, crudelius saeviebamus, ut torqueremus confitentes ad negandum, videlicet ne perirent, exercentes in his perversam quaestionem, non quae verum erueret, sed que mendacium cogeret. Et si quis infirmior, malo pressus et vietus, Christianum se negasset, favebamus ei, quasi ejerato nomine, jam omnia facta sua illa negatione purgaret. Agnoscitissima eadem nos sensisse et egisse, quae sentitis et geritis? Cum, si ratio, non instigatio daemonicis judicaret, urgendi magis, non ut differenter se Christianos, sed ut de incestis, stupris, de impiatis sacris,

de infantibus immolatis faterentur. His enim et hujusmodi fabulis iidem daemones ad execrationis horrorem imperitorum aures adversus nos referserunt. Nec tamen mirum, cum omnium fama, quae semper in sparsis mendaciis alitur, ostensa veritate consumitur. Sic est negotium daemonum. Ab ipsis enim rumor falsus et seritur, et sovetur. Inde est quod audire te dicis caput asini rem nobis esse divinam. Quis tam stultus ut hoc colat? quis stultior ut hoc coli credat? nisi quod vos et totos asinos in stabulis cum vestra Epona consecratis, et eosdem asinos cum Iside religiose devotatis: item boum capita, et capita vervecum, et immolatis, et colitis: de capro etiam et homine mixtos deos, et leonum et canum vultus deos dedicatis. Nonne et Apim bovem cum *Egyptiis* adoratis et pascitis? nec eorum sacra damnata instituta serpentibus, crocodilis, belluis ceteris, et avibus, et piscibus; quorum aliquem deum si quis occiderit, etiam capite punitur. Idem *Egyptii* eum plerisque vobiscum non magis Idem, quam separatum acrimonias metuant. Nec Serapidem magis, quam strepitus per pudenda corporis expressos contrainscunt. Etiam ille, qui de adoratis sacerdotis virilibus adversum nos fabulatur, tentat in nos conferre quae sua sunt. Ista enim impudicitiae eorum forsitan sacra sint, apud quos sexus omnis membris omnibus protestat, apud quos tota impudicitia vocatur urbanitas: qui scortorum licentiae invident, qui medios viros lambunt, libidinoso ore inguinibus inhaerescunt, homines malae linguae etiam si tacerent; quos prius taedescit impudicitiae suae, quam pudescit. Proh nefas! id in se pessimi facinoris admittunt, quod nec actas potest pati mollior, nec cogi servitus durior. Haec et hujusmodi propudicia nobis non licet nec audire, etiam pluribus turpe defendere est. Ea enim de castis singitis et pudicis, quae fieri non crederemus, nisi de vobis probaretis. Nam quod religioni nostrae hominem noxiun, et crucem ejus adscribitis, longe de vicinia veritatis erratis; Qui putatis Deum gredi, aut meruisse noxiun, aut potuisse terrenum. Nae ille miserabilis, cuius in homine mortali spes omnis innititur; totum enim ejus auxilium, cum extincto homine finitur. *Egyptii* sane hominem sibi quem colant, eligunt, illum unum propitiant, illum de omnibus consulunt, illi victimas caedunt, et ille, qui ceteris deus, sibi certe homo est, velit nolit: nec enim conscientiam suam decipit, si fallit alienam. Etiam principibus et regibus, non ut magnis et electis viris, sicut fas est, sed ut deis turpiter adulatio falsa blanditur, cum et praeclaro viro honor verius, et optimo amor dulcius praebeatur. Sic eorum numen vocant, ad imagines supplicant, genium, id est, daemonem ejus, implorant, et est eis tutius per Jovis genium pejerare, quam regis. Cruces etiam nec colimus, nec optamus. Vos plane qui ligneos deos consecratis, cruces ligneas, ut deorum vestrorum partes, forsitan adoratis. Nam et signa ipsa, et canta bra, et vexilla castrorum, quid aliud quam inauratae crucis sunt et ornatae? tropaea vestra victoria non tantum simplicis crucis faciem, verum et affixi hominis imitantur. Signum sane crucis naturaliter visimus in navi, cum velis tumentibus veliatur, cum expansis palmulis labitur, et cum erigitur jugum, crucis signum est. Et cum homo porrectis manibus Deum pura mente veneratur, Ita signo crucis aut ratio naturalis innititur, aut vestra religio formatur. Illum jam velim convenire, qui initiari nos dicit, aut credit de caede infants et sanguine. Putas posse fieri, ut tam molle, tam parvulum corpus fata vulnerum capiat? ut quisquam illum rudem sanguinem, novelli, et vix dum hominis caedad, fundat, exhauiat? nomo hoc potest credere, nisi qui possit audere. Vos enim video procreatos filios nunc feris et avibus exponere, nunc adstrangulatos misero-

mortis genere elidere. Sunt quae in ipsis visceribus, medicam inibus
 epotis, originem futuri hominis extinguant, et parricidium faciant ante-
 quam pariant. Et haec utique de deorum vestrorum disciplina descen-
 dunt. Nam Saturnus filios suos non exposuit, sed voravit. Merito ei in
 nonnullis Africæ partibus a parentibus infantes immolabantur, blanditiis
 et osculo comprimente vagitus, ne flebilis hostia immoveatur. Tauris
 et Graecis Ponticis, et Aegyptio Busiridi ritus fuit hospites immolare: et Mer-
 etiam Gallos humanas, vel inhumanas victimas caedere. Romani Grae-
 cum et Graecam, Gallam et Gallam sacrifici viventes obruere; hodieque
 ab ipsis Latianis Jupiter homicidio colitur; et quod Saturni filio dignum
 est, mali et noxi hominis sanguine saginatur. Ipsum eredo docuisse
 sanguinis foedore conjurare Catilinam: et Bellonam sacram suum haustu
 humani cruris imbuere: et comitialem morbum hominis sanguine, id
 est, morbo graviore, sanare. Non dissimiles et qui de arena feras devo-
 rant illatas et infectas cruro, vol membris hominis et viscere saginatas.
 Nobis homicidium nec videre fas, nec audire: tantumque ab humano
 sanguine cavernas, ut nec edulium pecorum in cibis sanguinem noveri-
 mus. Et de incesto convivio fabulam grandem adversum nos daemonum
 cogito mentita est, ut gloriari pudicitiae deformis infamiae aversione
 macularet; ut ante exploratam veritatem homines a nobis terrore infandæ
 opinionis averteret. Sic de isto et tuus Fronto, noui ut affirmator testimoni-
 um fecit, sed convicium ut orator aspersit. Haec enim potius de
 vestris gentibus nata sunt. Jus est apud Persas miseri cum matribus.
 Aegyptiis, et Athenis cum sororibus legitima connubia. Memoriae, et
 Tragoediae vestrae incestis gloriantur, quas vos libenter et legitis et
 atuditis: sic et deos colitis incestos, cum matre, cum filia, cum sorore
 conjunctos. Merito igitur incestum penes vos saepe reprehenditur, sem-
 per admittitur. Etiam nescientes miseri potestis in illicita proruere.
 Dum Venerem promiscue spargitis, dum passim liberos seritis, dum
 etiam domi natos alienæ misericordiae frequenter exponitis, necesse est
 in vestros recurrere, in filios inerrare. Sic incesti fabulam necit, etiam
 cum conscientiam non habetis. At nos pudorem non facie, sed mente
 praestamus. Unius matrimonii vinculo libenter inhaeremus. Cupiditatem
 procreandi aut unam scimus, aut nullam. Convivia non tantum pudica
 colimus, sed et sobria. Nec enim indulgemus epulis, aut convivium
 mero ducimus, sed gravitate hilaritate temperamus. Casto sermone,
 corpore castiore, plerique inviolati corporis virginitate perpetua fruuntur
 potius, quam gloriantur. Tantum denique abest incesti cupidio, ut non
 nullis rubori sit etiam pudica conjunctio. Nec de ultima statim plebe
 consistimus, si honores vestros et purpuras recusamus: nec factiosi
 sumus, si omnes unum [bonum] sapimus eadem congregati quiete, qua
 singuli. Nec in angulis garruli, si audire nos publice aut erubescitis,
 aut timetis. Et quod in dies nostri numerus angetur, non est crimen
 erroris, sed testimonium laudis. Nam in pulchro genere vivendi et per-
 stat et perseverat suus, et accrescit alienus. Sic nos denique non nota-
 culo corporis, ut putatis, sed innocentiae ac modestiae signo facile dig-
 noscimus. Sic mutuo, quod doletis, amore diligimus, quoniam odisse
 non novimus: sic nos, quod invidetis, fratres vocamus, ut unius Dei
 parentis homines, ut consorts fidei, ut spei coheredes. Vos enim nec
 invicem agnoscitis, et in mutua odio saevitis: nec fratres vos, nisi sane
 ad parricidium recognoscitis. Putatis autem nos occultare quod colimus,
 si delubra et aras non habemus? Quod enim simulacrum, Deo fingam,
 cum si recte existimes: sit Dei homo ipse simulacrum? templum quod

ei extruam, cum totus hic mundus, ejus opere fabricatus, eum capero non possit? et cum homo latius maneam, intra unam aediculam virtutae majestatis includam? Nonne melius in nostra dedicandus est mente? in nostro imo consecrandus est pectora? Hostias et victimas Domino offeram, quas in usum mei protulit, ut rejiciam ei suum munus? ingratum est: cum sit litabilis hostia, bonus animus, et pura mens, et sincera conscientia. Igitur qui innocentiam colit, Domino supplicat: qui justitiam, Deo libat: qui fraudibus abstinet, propitiat Deum: qui hominem periculo subripit, opimam victimam caedit. Haec nostra sacrificia, haec Dei sacra sunt. Sic apud nos religiosior est ille, qui justior. At enim quom colimus Deum, nec ostendimus, nec videmus. Immo ex hoc Deum credimus, quod eum sentire possumus, videre non possumus. In operibus enim ejus, et in mundi omnibus motibus virtutem ejus semper praesentem aspicimus, cum tonat, fulgurat, fulminat, cum serenat. Nec mireris si Deum non vides. Vento et flatus omnibus impelluntur, vibrantur, tantur, et sub oculis tameu non venit ventus et flatus. In sole adeo videndi omnibus causa est, videre non possumus; radii acies, obtutus intuentis hebetatur: et si diutius inspicias, omnis visus extinguitur. Quid? ipsum solis artificem, illum luminis fontem possis sustinere, cum te ab ejus fulgoribus avertas, a fulminibus abscondas? Deum oculis carnalibus vis videre, cum ipsam animam qua vificaris, nec aspicere possis, nec tenere? Sed enim Deus actum hominis ignorat: et in coelo constitutus non potest aut omnes obire aut singulos nosse. Erras o homo, et falleris. Unde enim Deus longe est, cum omnia caelestia, terrenaque, et quae extra istam orbis provinciam sunt, Deo cognita, plena sint? ubique non tantum nobis proximus, sed infusus est. In solem adeo rursus intende, coelo affixus, sed terris omnibus sparsus est: pariter praesens ubique interest, et miscetur omnibus: nusquam enim claritudo violatur. Quanto magis Deus auctor omnium, ad speculator omnium, a quo nullum potest esse secretum, tenebris interest, interest cogitationibus nostris, quasi alteris tenebris? non tantum sub illo agimus, sed et cum illo, ut prope dixerim, vivimus. Nec nobis de nostra frequentia blandiamur: multi nobis videmus, sed Deo admodum pauci sumus. Nos gentes nationesque distinguimus: Deo una domus est mundus hic totus. Reges tantum regni sui per officia ministrorum universa novere: Deo indicis opus non est. Non solum in oculis ejus, sed et in sinu vivimus. Sed Judaeis nihil profuit quod unum et ipsi Deum aris atque templis maxima superstitione coluerunt. Ignorantia laberis, si priorum aut oblitus aut inscius, posteriorum recordari. Nam et ipsi, Deum nostrum, idem enim omnium Deus est, quandiu casti, innocentie, religioseque coluerunt, quandiu praecipitis salubribus obtemperaverunt, de paucis innumeri facti, de egentibus divites, de servientibus reges: modici multos, inermi armatos dum fugiunt insequentes, Dei jussu, et elementis admittentibus obruerunt. Scripta eorum relege, vel si Romanis magis gaude, ut transeamus veteres, Flavii Josephi, vel Antonii Juliani, de Judaeis require; jam scies nequitia sua hanc eos meruisse fortunam: nec quidquam accidisse, quod non sit his, si in contumacia perseverarent, ante praedictum. Ita prius eos deseruisse comprehendes, quam esse desertos: nec, ut impie loqueris, cum Deo suo captos, sed a Deo, ut disciplinse transfugas, deditos. Ceterum de incendio mundi, aut improvissum ignem credere, aut difficile, non cadere, vulgaris erroris est. Quis enim sapientium dubitat, quis ignorat, omnia quae orta sunt occidere? quae facta sunt interire?

Caelum quoque cum omnibus, quas caelo continentur, ita ut coepisse,
 desinere. Fontium dulci aqua maris nutriti in vim ignis abitum
 Stoicis constans opinio est: quod consumpti humore mundus hic omnis
 igneatur; et Epicureis de elementorum conflagratione et mundi ruina
 eadem ipsa sententia est. Loquitur Plato partes orbis nuno inundare,
 nunc alterius vicibus ardescere, et cum ipsum mundum perpetuum, et
 insolubilem dicere esse fabricatum, addit tamen, ipsi artifici, Deo soli,
 et solubilem, et esse mortalem. Ita nihil mirum est, si ista moles ab eo,
 quo extorta est, destruatur. Animadvertis philosophos eadem disputare
 quae dicimus, non quod nos simus eorum vestigia subsequuti, sed quod
 illi de divinis praedicationibus proprietarum umbram interpolatae verita-
 tis imitati sint. Sic etiam conditionem renascendi, sapientium clariores,
 Pythagoras primus, et praecipuus Plato corrupta et dimidiata fide tradie-
 runt. Nam corporibus dissolutis solas animas volunt et perpetuo manere,
 et in alia nova corpora saepius conareare. Addunt istis et illa ad retor-
 quendam veritatem, in pecudes, aves, bellugas, hominum animas redire.
 Non philosophi sane studio, sed mimico virtu digna ista sententia est.
 Sed ad propositionem satis est, etiam in hoc sapientes vestros in aliquem
 modum nobiscum consolare. Ceterum quis tam stultus aut brutus est,
 ut audeat repugnare hominem a Deo, ut primum potuisse fingi, ita posse
 deinceps reformari? nihil esse post obitum, et ante ortum nihil fuisse: sicut
 de nihilo nasci licuit, ita de nihilo licere reparari? Porro difficilis est id,
 quod non sit, incipere, quam ad quod fuerit iterare. Tu perire et Deo
 credis, si quid oculis nostris hebetibus subtrahitur? Corpus omne, sive
 arescit in pulvere, sive in humorem solvitur, vel in cinerem comprimi-
 tur, vel in pido rem tenuatur, subducitur nobis; sed Deo elementorum
 custodi, reservatur. Nec, ut creditis, ullum damnum sepulturae timemus,
 sed veterem, et meliorem consustitudinem humandi frequentamus. Vide
 adeo quam in solitum nostri resurrectionem futuram omnis natura medi-
 tetur. Sol demergit, et nascitur; astra labuntur, et redeunt; flores occi-
 dunt, et reviviscent: post senium arbusta frondescunt; semina non nisi
 corrupta revirescant. Ita corpus in seculo, ut arboree in hiberno, occultant
 virom ariditatem mentita. Quid festinas ut cruda adhuc hieme reviviscat
 et redeat? expectandum nobis etiam corporis ver est. Nec ignoro ple-
 rosque conscientia meritorum nihil se esse post mortem magis optare,
 quam credere. Malunt enim extingui penitus, quam ad supplicia repa-
 rari. Quorum error augetur, et in seculo libertate remissa, et Dei pati-
 entia, maxima, cuius quanto judicium tardum, tanto magis justum est.
 Et tamen admoneantur homines doctissimorum libris, et carminibus poe-
 tarum; illius ignei fluminis, et de Stygia palude saepius ambientis
 ardoris, quae cruciatibus aeternis praeparata, et daemonum indiciis, et de
 oraculis prophetarum cognita tradiderunt. Et ideo apud eos etiam ipse
 rex Jupiter per torrentes ripas, et atram voraginem jurat religiose. Des-
 timatam enim sibi cum suis cultoribus poenam praescius perforrescit.
 Nec tormentis aut modus ullus, aut terminus. Ilio sapiens ignis mem-
 bra urit et reficit. Carpit et nutrit: sicut ignes fulminum corpora tangunt,
 nec absument: sicut ignes Aethae, et Vesuvii, et ardentium ubique
 ferrarum flagrant, nec erogantur: ita poenale illud incendium non damnis
 ardentium pascitur, sed inexesa corporum laceratione nutritur. Eos autem
 merito torqueri, qui Deum nesciunt, ut impios, ut injustos, nisi profanus,
 nemo deliberat: cum parentem omnium, et omnium dominum non mi-
 nor sceleris sit ignorare, quam laedere. Et quamquam imperitia Dei
 sufficiat ad poenam, ita ut notitia prosit ad veniam; tamen si vobiscum

Chris
 multa
 betis,
 scele
 timet
 Denie
 aut re
 capte
 et ide
 quam
 praes
 termi
 Ao de
 pleni
 nostr
 Et ta
 qui L
 desid
 potes
 pecu
 concr
 levio
 levat
 putat
 cuius
 Innoc
 bono
 patim
 ratur
 et co
 forte
 Itaque
 omni
 plora
 extre
 secu
 Quan
 ditur
 strep
 suan
 trium
 vicit
 pera
 ante
 potes
 nec
 potes
 Muc
 dext
 corp
 serit
 aut I
 feras

Christiani comparemur, quamvis in nonnullis disciplina nostra minor est: multo tamen vobis meilleores deprehendemur. Vos enim adulteria prohibetis, et facitis; nox uxoribus nostris solummodo viri nascimur. Vos scelerata admissa punitis; apud nos et cogitare peccare est: vos conscientiam timetis; nos etiam conscientiam solam, sine qua esse non possumus. Denique de vestro numero carcer exaequest: Christianus ibi nullus, nisi aut reus sua religiosis, aut proflugus. Nec de fato quisquam aut solarium capiet, aut excusat; eventum sit sortis Fortunae, mens tamen libera est: et ideo actus hominis, non dignitas judicatur. Quid enim aliud est fatum, quam quod de unoquoque nostrum Deus fatus est? qui, cum possit praescire materiam, pro meritis et qualitatibus singularium etiam fata determinat. Ita in nobis non genitura plectitur, sed ingenii natura punitur. Ac de fato satis, vel si pauca pro tempore, disputaturi alias et uberiori et plenius. Ceterum, quod plerique pauperes dicimus, non est infamia nostra, sed gloria. Animus enim, ut luxu solvit, ita frugalitate firmatur. Et tamen quis potest pauper esse, qui non egit? qui non inihiat alieno? qui Deo dives est? magis pauper ille est, qui, cum multa habeat, plura desiderat. Dicam tandem quemadmodum sentio: nemo tam pauper potest esse, quam natus est. Aves sine patrimonio vivunt, et in diem pesua pascuntur: et haec nobis tamen nata sunt: quae omnia, si non concupiscimus, possidemus. Igitur ut, qui viam terit eo felicitate, quo levior incedit: ita beatior in hoc itinere, vivendi, qui paupertate se sublevat, non sub divitiarum onere suspirat. Et tamen facultates, si utiles putaremus, a Deo posceremus. Utique indulgere posset aliquantum, eujus est totum. Sed nos contemnentes malumus opes; quam continere. Innocentiam magis cupimus, magis patientiam flagitamus: malumus nos bonos esse; quam prodigos. Et quod corporis humanae vitiis sentimus et patimur, non est poena, militia est. FORTITUDO enim infirmitatibus robatur, et calamitas saepius disciplina virtutis est: vires denique et ments, et corporis sine laboris exercitatione torpescunt. Omnes alio vestri viri fortes, quos in exemplum praedicatis, aerumnis suis incliti storuerunt. Itaque et nobis Deus nec non potest subvenire, nec despicit; cum sit et omnium rector, et amator suorum: sed in adversis unumquemque explorat et examinat; ingenium singulorum periculis pensat; usque ad extremam mortem voluntatem hominum scisitatur, nihil sibi posse perire securus. Itaque ut aurum ignibus, sic nos discriminibus arguimus. Quam pulchrum spectaculum Dei, cum Christianus cum dolore congregatur, cum adversum minas, et supplicia, et tormenta componitur? cum strepitum mortis et horrorem carnificis irridens insultat? cum libertatem suam adversus reges et principes erigit? soli Deo, cuius est, cedit? cum triumphator et victor, ipsi qui adversum se sententiam dixit, insultat? vice enim, qui quod contendit, obtinet. Quis non miles sub oculis imperatoris audaciis periculum provocet? nemo enim praemium percipit ante experimentum: et imperator tamen, quod non habet, non dat? Non potest propagare vitam, potest honestare militiam. At enim Dei miles nec in dolore deserit; nee morte finitur. Sic Christianus miser videri potest, non potest inventari. Vos ipsi calamitosos viros fertis ad coelum, Mucium Scaevolam, qui cum errasset in regem, perisset in hostibus, nisi dexteram perdidisset. Et quod ex nostris non dexteram solum, sed totum corpus uri, cremari, sine ullis ejulatibus pertulerunt, cum dimitti praesertim habent in sue potestate? Viros cum Mucio, vel cum Aquilio, aut Regulo comparo? Pueri et mulierculae nostrae cruces et tormenta feras; et omnes suppliciorum terriculas inspirata patientia doloris illudunt.

Nec intelligitis o miseri, neminem esse, qui aut sine ratione velit poenam subire, aut tormenta sine Deo possit sustinere. Nisi forte vos decipit, quod Deum nescientes divitiis afflant, honoribus florent, polleant potestibus. Miser! in hoc altius tolluntur, ut decidant altius. Hi enim ut victimae ad supplicium sanguinatur, ut hostiae ad poenam coronantur. In hoc adeo quidam imperis ac dominationibus eriguntur; ut ingenium eorum perditae mentes licentia potestatis libere raudinentur. Absque enim notitia Dei quae potest esse solida felicitas? cum mors sit. Somnio similis: Antequam tenetur, elabitur. Rex es? tam times, quam timeris. Et quamlibet sui multo comitatu stipatus, ad periculum tamen solus es. Dives es? sed fortunae male creditur, et magno viatico breve vitae iter non instruitur: sed oneratur. Fascibus et purpuris gloriari? vanus error hominis et inanis cultus dignitatis, fulgere purpura, mente sordescere. Nobilitate generosus es? parentes tuos laudas? omnes tamen pari sorte nascimur, sola virtute distinguimur. Nos igitur qui moribus et pudore censemur, merito malis voluptatibus et pompa vestris et spectaculis abstinemus, quorum et de sacris originem novimus, et noxia blandimenta damnamus. Nam in ludis Currulibus quis non horreat populi in se rixantis insaniam. In gladiatoriis, homicidii disciplinam? in sceniciis etiam non minor furor; turpitudine prolixior. Nunc enim nimis vel exponit adulteria: vel monstrat. Nunc enervis histrio amorem dum fngit, infigit. Idem deos vestros, induendo stupra, suspiria, odia, dedecorat. Idem simulatis doloribus lacrymas vestras vanis gestibus et nutibus provocat. Sic homicidium in vero flagitatis, in mendacio fletis. Quod vero sacrificiorum reliquias, et pocula delibata contemnimus: non confessio timoris est, sed vera libertatis assertio. Nam etsi omne quod nascitur, ut inviolabile Dei munus nullo opere corruptitur; abstinemus tamen, ne quis existimet aut daemonii, quibus libatum est, cedere, aut nostrae religionis pudere. Quis autem ille, qui dubitat vernis indulgunt nos floribus, cum capiamus et rosam veris et lillum et quidquid aliud in floribus blandi coloris et odoris est? his enim et sparsis utimur mollibus ac solutis, et sertis colla complectimur. Sane quod caput non coronamus, ignoscite. Auram boni floris naribus ducere, non occipito capillis, solemus haurire, Neo mortuos coronamus. Ego vos in hoc magis miror, quemadmodum tributis aut sentienti facem, aut non sentienti coronam: cum et beatus non egat, et miser non gaudeat floribus. At enim nos exequias odornamus eadem tranquillitate qua vivimus, nec adnectimus arescentem coronam, sed a Deo aeternis floribus vividam sustinemus, qui et, modesti Dei nostri liberalitatem, securi spe futurae felicitatis, fide praesentis ejus majestatis animamur. Sic et beati resurgimus, et futuri contemplatione iam vivimus. Proinde Socrates scurra Atticus viderit, nihil se scire confessus, testimonio licet fallacissimi daeinoris gloriosus: Arcessilas quoque, et Carneades, et Pyrrho, et omni Academicorum multitudo delibera: Simonides etiam in perpetuum comprehendinet. Philosophorum supercilia contemnimus, quos corruptores et adulteros novimus et tyrannos, et semper adversus sua vitia facundos. Nos non habitu sapientiam, sed mente praeferimus: non eloquimur magna, sed vivimus: gloriamur nos consecutos, quod illi summa intentione quaeviserunt, nec inveneri potuerunt. Quid ingratii sumus? quid nobis invidemus, si veritas divinitatis nostri temporis aetate maturui? Frustrarum bono nostro, et recti sententiam temperemus: cohabeatur supersticio, impietas expiatur, vera religio reseretur. Cum Octavius perorasset, aliquamdiu nos ad silentium stupefacti, intenti vultus tenebamus: Et quod ad me est, magnitudine

admi
argu
male
osten
Dum
Octa
tentia
mei
sum
jam
dunt
qui
tius,
vice
mih
laudi
Habe
adjnt
derit
vicer

admirationis evanui, quod ea, quae facilius est sentire, quam dicere, et argumentis, et exemplis, et lectionum auctoritatibus adornasset, et quod malevolos iisdem illis quibus armantur, philosophorum telis retudisset: ostendisset etiam veritatem non tantummodo facilem; sed et favorabilem. Dum istae igitur apud me tacitus evolvo; Caecilius sic erupit: Ego Octavio meo plurimum quantum, sed et mihi, gratulor; nec exspecto sententiam: Vicius, et ita, ut improbus, usurpe victoriam: nam ut ille mei vicit est, ita ego triumphator erroris. Itaque quod pertineat ad summam quaestioneis, et de providentia fateor, et Deo cedo, et de sectao jam nostrae sinceritate consentio. Etiam nunc tamen aliqua consubsidunt non obstrepentia veritati, sed perfectae institutioni necessaria, de quibus crastino (quod jam sol occasus declivis est) ut de toto congruentius, promptius requiremus. At ego, inquam, prolixius, omnium nostrum vice gandeo, quod etiam mihi Octavius vicerit, cum maxima judicandi mihi invidia detracta sit. Nec tamen possum meritum ejus verborum laudibus repensare: testimonium et hominis et unius infirmum est. Habet Dei munus eximium, a quo et inspiratus oravit, et obtinuit adjutus. Post haec laeti, hilaresque discessimus: Caecilius quod crediderit: Octavius gaudere quod vicerit: ego et quod hic crediderit, et hic vicerit.

E
X

III.

EX CYPRIANI EPISTOLIS.

Vid. Ep. XXXIII., XLIV., (XLVI.) XLVII., LIII., LIX.,
LX., LXXI.

EX

I. (EP.

NOTA.—Cyprianus, Episcopus Carthaginiensis, Martyr etiam inclitus, sub tempora Philippi et Decii, Rom. Imp., floruit, tandemque corona martyrii potitus est suppicio capitali affectus, regnantibus Valeriano et Galieno.

Multa scripsit Cyprianus de lapsis, qui crudelibus tormentis fatigati, Decio imperante, vix tantum certamen sustinebant. Multa necnon de Unitate Ecclesiae scripsit; aliquanto acerbius forsitan. In his epistolis, tamen, caritas ejus, et sapientia, aequa ac studium curaque de gloria Dei, eluent.

De Cypriano dicit Hieronymus, “instar fontis purissimi, levis incessit et placidus.”

“Non me terret,” inquit Augustinus, “auctoritas Cypriani, quia reficit humilitas Cypriani.”

Cyprianus ordinatus
imores a
tunda n
Aurelius
carus, i
minor in
tavit, bi
vicit in
triumph
servos l
et vicit.
congres
magistr
raret.
rum, an
pudoris
submiss
discipli
virtutib
ialis cle
annis su
lectioni
gloriosa
persona
evangel
tam ver
conspic
gaudio
collegiz
ter am
quoniam
nico leg
tionem.
precibus
sacerdos
voe, fra

EX CYPRIANI EPISTOLIS.

I. (EP. XXXIII.)—AD CLERUM ET PLEBEM DE AURELIO LECTORE ORDINATO.

CYPRIANUS presbyteris et diaconibus et plebi universae salutem. In ordinationibus clericis, fratres carissimi, solemus vos ante consulere et mores ac merita singulorum communis consilio ponderare. Sed expectanda non sunt testimonia humana cum praecedunt divina suffragia. Aurelius frater noster, illustris adolescens, a Domino iam probatus et Deo carus, in annis adhuc novellus, sed in virtutis ac fidei laudo provectus, minor in aetatis sua indole, sed major in honore, gemino hic agone certavit, bis confessus, et bis confessionis suae victor gloriosus, et quando vicit in cursu factus extorris, et cum denuo certamine fortiore pugnavit, triumphator et victor in paelio passionis. Quoties adversarius provocare servos Dei voluit, toties promptius ac fortissimus miles et pugnavit et vicit. Parum fuerat sub oculis ante pauporum, quando extorris liebat, congressum fuisse; meruit et in foro congregati clariore virtute, ut post magistratus etiam proconsulem vincere, et post exilium tormenta superaret. Nec invenio quid in eo paelicare plus debeant, gloriari vulnerum, an verecundiam inorum, quod honore virtutis insignis est, an quod pudoris admiratione laudabilis? Ita et dignitate excelsus est et humilitate submissus ut appareat illum divinitus reservatum qui ad ecclesiasticam disciplinam caeteris esset exemplo, quomodo servi Dei in confessione virtutibus vincerent, post confessionem moribus eminereunt. Merebatur talis clericaz ordinationis ulteriores gradus et incrementa majora, non de annis suis, sed de meritis aestimandus. Sed interim placuit ut ab officio lectionis incipiatur. Quia et nihil magis congruit voci quae Dominum gloriosa praedicatione confessa est quam celebrandis divinis lectionibus personare, post verba sublimia quae Christi martyrium prolocuta sunt evangelium Christi legere, unde martyres sunt, ad pulpitum post catastam venire, illic fuisse conspicuum gentilium multitudini, hic a fratribus concepi, illie auditum esse cum miraculo circumstantis populi, hic cum gaudio fraternitatis audiiri. Hunc igitur, fratres dilectissimi, a me et a collegia qui praesentes aderant ordinatum sciatis. Quod vos scio et libenter amplexi et optare tales in ecclesia nostra quamplurimos ordinari. Et quoniam semper gaudium properat, nec potest moras ferre laetitia, dominico legit interim nobis, id est, auspicatus est pacem, dum dedicat lectionem. Vos orationibus frequenter insistite, et preceas nostras vestras precibus adjuvate, ut Domini misericordia favens nobis cito plebi suae et sacerdotem reddat incolunem et martyrem cum sacerdote lectorum. Opto vos, fratres carissimi, in Deo patre et Christo Iesu semper bene valere.

**II. (XLIV.)—AD CONFESSORES ROMANOS, UT AD UNITATEM
REDEANT.**

Cyprianus Maximo et Nicostrato et caeteris confessoribus salutem. Cum frequenter, carissimi, cognoveritis ex litteris meis quom et confessioni vestre honorem et fraternitati connexae dilectionem meo sermones servaverim, creditis quoniam et acquiescatis his litteris meis, quibus vobis et scoui se laudibus vestris et scribo et simpliciter ac fideliter consulo. Gravat enim me atque contristat et intolerabilis perculsi pene prostrati peccoris moestitia perstringit, cum vos illuc compereisq; contra ecclasiasticam dispositionem, contra evangelicam legem, contra institutionis catholicae unitatem alium episcopum fieri consensisse, id est, quod nec fas est ne licet fieri, ecclesiam aliam constitui, Christi membra discripsi, dominici gregis animum et corpus unum diceisse accumulatione lacerari. Quod queso ut in vobis saltem illicitum iudicium fraternitatis nostrae discidium non perseveret, sed et confessionis vestrae et divinae traditionis memores ad matrem revertamini unde prodistiis, unde ad confessionis gloriam cum ejusdem matris exultatione veniatis. Neo putatis sic vos evangelium Christi asserere dum vosmetipos Christi grege et ab ejus pace et concordia separatis, cum magis militibus gloriose et bonis congruat intra domestica cæstra consistere et intus positos ea quae in commune tractanda sunt agere ac provide. Nam cum unanimitas et concordia nostra scindi omnino non debeat, quia nos ecclesia derelicta foras exire et ad vos venire non possumus, ut vos magis ad ecclesiam matrem et ad nostram fraternitatem revertamini quibus possumus hortamenti petamus et rogamus. Opto vos, fratres carissimi, semper bene valere.

**[III. (XLVI.)—CORNELII AD CYPRIANUM DE CONFESSORIBUS AD
UNITATEM REVERSIS.]**

Cornelius Cypriano fratri salutem. Quantam sollicitudinem et anxietatem sustinuimus de iis confessoribus qui dolo et malitia hominis callidi et veterioris fuerant circumventi et pene decepti et ab ecclesia alienati, tanta laetitia affecti sumus et Deo omnipotenti et Christo Domino nostro gratias egimus cum ii, cognito suo errore, et intellecta hominis maligni velut serpentis astutie venenata, ad ecclesiam unde exierant, sicuti ipsi ex eis corde profidentur, simplici voluntate venerunt. Et primo quidem fratres nostri probatae fidei arantes pacem, unitatem optantes, tumorem illorum, horum mofilitiam nuntiabant, fide tamen non idonea, ut facile nobis crederet daretur illos penitus esse mutatos. Postea vero quam Urbanus et Sidonius confessores ad presbyteros nostros venerunt, affirmantes Maximum confessorem et presbyterum secum pariter oupere in ecclesiam redire, sed quoniam multa praecesserant ab eis designata, quae tu quoque a coepiscopio nostris et ex litteris meis cognovisti, ut non temere eis fides haberetur, ex ipsis ore et confessione ista quae per legationem mandaverant placuit audiri. Qui cum venissent, et a presbyteria quae gesserant exigentur, novissime quod per omnes ecclesias litteras calumnias et maledictis plenaæ eorum nomine frequenter missae fuissent, et pene omnes ecclesias perturbassent, circumventos se esse affirmaverunt, nec quid in istis litteris inesset se scire, tantummodo circumductos commissose se quoque schismatica et haereticis auctoribus fuisse ut paterentur ei manus quasi in episcopatum imponi. Qui,

cum ha
tollerent
trahi p
presso
vari del
consiliu
notitiam
presbyt
plerique
ea quo
tio habe
invicem
sequent
niā ip
fuerat
errantes
cognita.
gratias
tentis
propria
simas o
nostro
sumus.
videbar
tico hor
Neo en
num, q
catholic
tur ut q
compro
cere ju
autem
vata.
per se
navigar
habita
et Christ
certo ja
ecclesi
Has lit
mittere
rificatione

iv. (xi)

Cyp
carissi
tentis et
divinitu
perfida
litteras
excepit
OCTO

cum hæc et cætera eis fuissent exprobata, ut abolerentur et de memoria tollerentur deprecati sunt. Omnes igitur actu ad me perlato, placuit contrahi presbyterium. Adfuerant etiam episcopi quinque, qui et hodie præsentes fuerunt, ut firmato consilio quid circa personam eorum observari deberet consensu omnium statueretur. Et ut motum omnium, et consilium singulorum dignoscorus, stiam sententias nostras placuit in notitiam vestram perferri; quas ei subiectas lego. His ita gestis, in presbyterium venerunt Maximum, Urbanus, Sidonius, et Macharius, et plerique fratres qui se eis adjunxerant, sanguinis precibus desiderantes ut ea quæ ante fuerant gesta in oblationem eadherent, nullaque verum mentio haberetur, proinde atque si falso fuerat vel commissum vel dictum, invicem omnibus remissis, cor mundum et purum iam Deo exhiberent, sequentes evangelicam vocem dicentes beatos esse puros corde, quoniam ipsi Deum videbant. Quod erat consequens, omnis hic actus populo fuerat insinuandus, ut et ipsos viderent in ecclesia constitutos quos errantes et palabundos tandem viderant et dolebant. Quorum voluntate cognita, magnus fraternitatis concursus factus est. Una vox erat omnium gratias Deo agentium, gaudium pectoris laevymis exprimentes, complectentes eos quasi hodie poena carceris fuissent liberati. Et ut ipsorum propria verba designem: Nos, inquit, Cornelium episcopum sanctissimæ catholicae ecclesiae electum a Deo omnipotente et Christo Domino nostro scimus. Nos errorem nostrum confitemur. Imposturam passus sumus. Circumventi sumus perfidias loquacitate captiosa. Nam etsi videbamur quasi quandam communicationem cum schismatico et haereticō homine habuisse, sincera tamen mens nostra semper in ecclesia fuit. Neo enim ignoramus unum Deum esse et unum Christum esse Dominum, quem confessi sumus, unum spiritum sanctum, unum episcopum in catholica ecclesia esse debere. Quis ita eorum professione non moveatur ut quod apud potestatem saeculi erant confessi, in ecclesia constituti comproberent? Quapropter Maximum presbyterum locum suum agnoscere jussimus. Caeteros cum ingenti populi suffragio recepimus. Omnia autem remissimus Deo omnipotenti, in cuius potestate sunt omni reservata. Haec igitur, frater carissimo, eadem hora, eodem momento ad te per scripta, transmisimus, et Nicephorum acolythum descendere ad navigandum destinantem ad vos statim dimisi, ut nulla procrastinatione habita velut praesens in isto clero et in isto populi coetu Deo omnipotenti et Christo Domino gratias ageros. Credimus autem fore, quinimum pro certo jam confidimus caeteros quoque qui in hoc errore sunt constituti in ecclesiam brevi reversuras, cum auctores suos viderint nobiscum agere. Has litteras puto te debere, frater carissime, et ad cæteras ecclesias mittere, ut omnes sciant schismatici huius et haeretici dolum et prævaricationem de die in diem evacuari. Bene vale, frater carissime.

IV. (XLVII.)—CYPRIANI AD CORNELIUM, RESPONSUM CONGRATULATORIUM DE ILLORUM REDITU EX SCHISMATE.

Cyprianus Cornelio fratri salutem. Et egisse nos et agore, frater carissime, maximas gratias sine cessatione profitemur Deo patri omnipotenti et Christo ejus Domino et Deo nostro salvatori quod sic ecclesia divinitus protegatur ut unitas ejus et sanctitas non jugiter nec in totum perfidias et haereticæ pravitatis obstinatione vitietur. Legimus enim litteras vestras, et voti communis amplissimum gaudium exultanter excepimus Maximum presbyterum et Urbanum confessores cum Sidonio.

et Machario ad ecclesiam catholicam regrescos esse, id est, errore deposito, et schismatico immo haeretico furore deserto, unitatis ac veritatis domicilium fideli sanitatem repetilisse: ut unde ad gloriam processerant, illuc gloriosi redirent; ne qui Christum confessi essent, Christi postmodum casta desererent, nec tentarent caritatis atque unitatis fidem qui vicii robore et virtute non fuerant. Ecce incolumis et immaculata laudis integritas, ecce incorrupta et solida constitutum dignitas, a desertoribus et profugis recessisse, proditores fidei et ecclesiae catholicae impugnatores reliquise. Merito illos revertentes summo, ut scribitis, gaudio et cleris et plebs et fraternitas omnis excepit, quoniam in confessoribus gloriam suam conservantibus et ad unitatem revertentibus nemo non socium se et participem eorum gloriae computat. Hujus rei laetitiam de nostris possumus sensibus aestimare. Nam cum isti ad litteras vestras, quas de eorum confessione misistis, laetus sit omnis fratrum numerus, et summa alacritate hunc nuntium communis gratulationis exceperit, quid illio ubi res ipsa et praesens laetitia sub oculis omnium gerebatur? Cum enim Dominus in evangelio suo dicat esse summum gaudium in caelo super uno peccatore poenitentiam agente, quanto majus est gaudium et in terris pariter et in caelo super confessoribus ad ecclesiam Dei cum gloria sua et cum laude replecentibus et redeundi viam casteris exempli scilicet fidei et probatione facientibus? Hic enim quosdam fratres nostros error induxerat quod sibi communicationem confessorum sequi yiderentur. Quo errore sublato, lux omnium pectoribus infusa est, et ecclesia catholica una esse nec sciendi nec dividii posse monstrata est. Nec quisquam iam facile poterit schismatici furentis verbis loquacibus decipi, quando probatum sit bonos et gloriosos Christi milites non potuisse diu aliena fallacia et perfidia extra ecclesiam detineri. Opto te, frater carissime, semper bene valere.

v. (lili.)—AD FORTUNATUM ET ALIOS COLLEGAS DE HIS QUI PER
TORMENTA SUPERANTUR.

Cyprianus Fortunato, Ahymmo, Optato, Privatiano, Donatulo, et Felici fratribus salutem. Scriptis mihi fratres carissimi, quod cum in Capensi civitate propter ordinationem episcopi essetis, pertulerit ad vos Superioris frater et collega noster Ninum, Clementianum, Florum fratres nostros, qui in persecutione apprehensi prius fuerant, et nomen Domini confessi violentiam magistratus et populi frementis impetum vicerant, postmodum cum apud proconsulm poenis gravibus excruciantur, vi tormentorum subactos esse et de gradu glorie, ad quam plena fidei virtute tendebant, diutinis cruciatibus excidisse, nec tamen post hunc gravem lapsum non voluntate sed necessitate susceptum a poenitentia agenda per hoc triennium destitisse, De quibus consulendum putastis aii eos ad communicationem jam fas esset admittere. Et quidem quod ad mei animi sententiam pertinet, puto his indulgentiam Domini non defutari quos constat stetiisse in acie, nomen Domini confessos esse, violentiam magistratum et populi furentis incursum immobils fidei obstinatione vices, passos esse carcerem, diu inter minas proconsulis et fremitum populi circumstantis tormentis lanantibus ac longa iteratione cruciantibus repugnasse; ut quod in novissimo infirmitate carnis subactum videtur, meritorum praecedentium defensione relevetur, et sit satis talibus gloriam perdidisse, non tamen debere nos eis et venias locum claudere atque eos a paterna pietate et a nostra communicatione privare; quibus existimamus ad deprecandam clementiam Domini posse sufficere.

quod tr
lamente
committ
defuisse
Nam c
pericula
cedere
gressos
non pot
occidi,
invicta
tamen a
tem, et
silium,
fratribus
cerint e
quod co
inultoru
semper

Cypr
Fido fra
nificasti
plenan
pius col
dederit.
ritate, u
et conse
pax ei c
gare Th
ne quid
Dei sem
municat
causam
diem q
esse leg
natus es
cilio nos
endum
nato mi
evangel
salvare,
Quid en
enim ate
qui nati
factoris
infantes
nobis di
qui mor
faciei fa
metabria
nostrae e

quod triennio jugiter ac dolenter, ut scribitis, cum summa poenitentiae lamentatione planterunt. Certe non puto incaute et temere his pacem committi quos videmus militias suas fortitudine nec prius pugnac defuisse, et si acies etiam denū venierit, gloriam suam posse reparare. Nam cum in concilio placuerit poenitentiam agentibus in infirmitatis periculo subveniret pacem dari, debent utique in accipienda pace praecedere quos videmus non animi infirmitate cecidisse, sed imprælio congressos et vulneratos per imbecillitatem carnis confessionis suaе coronam non potuisse perferre; maxime cum eupientibus mori non permetterentur occidi, sed tamdiu fessos tormenta laniarent quandiu non fidem, quae invicta est, vincent, sed carnem, quae infirma est, fatigarent. Quoniam tamen scrispistis ut cum pluribus collegis de hoc ipso plenissime tractem, et res tanta exigat majus et impensis multorum collatione consilium, et nunc omnes fere inter Paschæ prima solemnia apud se cum fratribus devorantur, quando solemnitati celebrandæ apud suos satisficerint et ad me venire coeperint, tractabo cum singulis plenius, ut de eo quod consuluistis figurat apud nos et rescribatur vobis firma sententia in ultorum sacerdotum consilio ponderata. Opto vos, fratres carissimi, semper bene valere.

XVI. (LIX.)—AD FIDUM DE INFANTIBUS BAPTIZANDIS.

Cypriannus et caeteri collegæ qui in concilio assuerunt numero LXVI. Fijo fratri salutem. Legimus litteras tuas, frater carissime, quibus significasti de Victore quondam presbytero, quod ei, antequam poenitentiam plenam egisset, et Domino Deo, in quem deliquerat, satisfecisset, Therapius collega noster immaturo tempore et præpropera festinatione pacem dederit. Quae res nos satis movit, recessum esse a decreti nostri auctoritate, ut ante legitimum et plenum tempus satisfactionis, et sine petitu et conscientia plebis, nulla infirmitate urgente ac necessitate cogento, pax ei concederetur. Sed librato apud nos diu consilio, satis fuit objurgare Therapium collegam nostrum quod temere hoc fecerit et instruxisse ne quid tale de caetero faciat. Pacein tamen quomodocunque a sacerdote Dei semel datam non putavimus auferendam, ac per hoc Victori communicationem sibi concessam usurpare permisimus. Quantum vero ad causam infantium pertinet, quos dixisti intra secundum vel tertium diem quo natæ sint constitutos baptizari non oportere, et considerandam esse legem circumcisionis antiquæ, ut intra octavum item eum qui natus est baptizandum et sanctificandum non putares, longe aliud in concilio nostro omnibus visum est. In hoc enim quod tu putabas esse facendum nemo consensit, sed universi potius judicavimus nulli homini nato misericordiam Dei et gratiam denegandam. Nam cum Dominus in evangelio suo dicat, *Filius hominis non venit animas hominum perdere, sed salvare*, quantum in nobis est, si fieri potest, nulla anima perdenda est. Quid enim ei deest qui semel in utero Dei manibus formatus est? Nobis enim atque oculis nostris secundum dierum saecularium cursum accipere qui natæ sunt ihclementum videntur. Caeterum quaecunque a Deo fiunt, Dei factoris maiestate et opere perfecta sunt. Esse denique apud omnes, sive infantes, sive maiores natu, unam divini munera aequalitatem declarat nobis divinae scripturae fides. Helisaus super infantem viduae filium qui mortuus jacebat ita se Deum deprecans superstravit ut capitl caputet facie facies applicaretur et superfici Helisaei membra singulis parvuli membris et pedes pedibus jungentur. Quae res si secundum nativitatis nostre et corporis inaequalitatem cogitetur, adulto et proiecto infans non

posset aequari, nec cohaerere et sufficere possent parva membra majoribus. Sed illic aequalitas divina et spiritualis exprimitur, quod pares atque aequales sint omnes homines, quando a Deo semel facti sunt, et possit aetas nostra in incrementis corporis secundum saeculum, non secundum Deum, habere discrimen; nisi si et gratia ipsa, quae baptizatis datur, pro actate accipientium vel minor vel major tribuitur, cum spiritus sanctus non de mensura sed de pietate atque indulgentia paterna, aequalis omnibus praebatur. Nam Deus ut personam non accipit, sic nec aetatem, cum se omnibus ad caelestis gratiae consecutionem aequalitate librata praebeat patrem. Nam et quod vestigium infantis in primis partus sui diebus constituit mundum non esse dixisti, quod unusquisque nostrum adhuc horreat exosculari, nec hoc putamus ad caelestem gratiam dandam impedimento esse oportere. Scriptum est enim: *Omnia munda sunt mundis.* Nec aliquis nostrum id debet horrere quod Deus dignatus est facere. Nam etsi adhuc infans a patre novus est, nou ita est tamen ut quisquam illum *in gratia danda atque in pace facienda horrere debeat osculari*, quando in osculo infantis unusquisque nostrum pro sua religione ipse adhuc recentes Dei manus debeat cogitare, quas in homine modo formati et recens quadam modo exosculamur quando id quod Deus fecit amplectimur. Nam quod in Iudaica circumcisione carnali octavus dies observabatur, sacramentum est in umbra atque in imagine ante praemissum, sed veniente Christo veritato completum. Nam quia octavus dies, id est, post sabbatum primus dies, futurus erat que Dominus resureret et non vivificaret et circumcisionem nobis spiritualem daret, his dies octavus, id est, post sabbatum primus et dominicus, praecessit in imagine. Quae imago cessavit superveniente postmodum veritate et data nobis spirituali circumcisione. Propter quod neminem putamus a gratia consequenda impediendum esse ea lege quae jam statuta est, nec spiritalem circumcisionem impediri carnali circumcisione debere, sed omnem omnino hominem admittendum esse ad gratiam Christi, quando et Petrus in actis apostolorum loquatur et dicat: *Dominus mihi dicit neminem hominem communem dicendum et immundum.* Caeterum si homines impediunt aliquid ad consecutionem gratiae possent, magis adulti et profectos et maiores natu possent impediunt peccata graviora. Porro autem si etiam gravissimi delictoribus et in Deum multum ante peccantibus, cum postea crediderint, remissa peccatorum datur, et a baptismio atque a gratia nemo prohibetur, quanto magis prohiberi non debet infans, qui recens natus nihil peccavit, nisi quod secundum Adam carnaliter natus contagio mortis antiquae prima nativitate contraxit, qui ad remissionem peccatorum accipiendam hoc ipso facilius accedit quod illi remittuntur, non propria, sed aliena peccata. Et idcirco, frater carissime, haec fuit in concilio nostra sententia, a baptismio atque gratia Dei, qui omnibus misericors et benignus et pius est, neminem per nos debere prohiberi. Quod cum circa universos observandum sit atque retinendum, tum magis circa infantes ipsos et recens natos observandum putamus, qui hoc ipso de ope nostra ac de divina misericordia plus merentur quod in primo statim nativitatibus suorum plorantes ac flentes nihil aliud faciunt quam deprecantur. Optamus te, frater carissime, semper bene valere.

VII. (LX.)—AD EPISCOPOS NUMIDAS DE REDEMPTIONE FRATRUM EX CAPTIVITATE BARBARORUM.

Cyprianus Januario, Maximo, Proculo, Victori, Modiano, Nemesiano, Nampulo, et Honorato fratribus salutem. Cum maximo animi nostri

gemitu et non sine lacrymis legimus litteras vestras, fratres carissimi, quas ad nos pro dilectione vestrae sollicitudine de fratribus nostrum et sororum captivitate fecistis. Quis enim non doleat in ejusmodi casibus, aut quis non dolorem fratris sui suum proprium computet, cum loquatur apostolus Paulus et dicat: *Si patitur unum membrum, compatiuntur et caetera membra; si laetatur membrum unum, collaetantur et cetera membra.* Et alio loco: *Quis infirmatur, inquit, et non ego infirmor?* Quare nunc et nobis captivitas fratribus nostra, captivitas computata est, et periclitantium dolor pro nostro dolore numerandas est, cum sit scilicet adunationis nostras corpus unum, et non tantum dilectio sed et religio instigare nos debeat et confortare ad fratrum membra redimenda. Nam cum denuo apostolus Paulus dicat, *Nescitis quia templum Dei estis, et spiritus Dei habitat in vobis,* etiam si caritas noster minus adigeret ad opem fratribus ferendam, considerandum tamen hoc in loco fuit Dei tempia esse quae capta sunt, nec pati nos longa cessatione et neglecto dolore debere ut diu Dei tempia captiva sint, sed quibus possumus viibus elaborare et velociter gerere ut Christum judicem et Dominum et Deum nostrum promerreamur obsequiis nostris. Nam cum dicat Paulus apostolus, *Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis,* in captiuis fratribus nostris contemplandus est Christus et redimeandus de periculo captivitatis, qui nos redemit de periculo mortis; ut qui nos de diaboli fauibus exiuit, nunc ipse qui manet et habitat in nobis de barbarorum manibus exuator, et redimatur nummaria quantitate qui nos cruce redemit et sanguine; qui idecirca haec fieri interim patitur ut fides nostra tentetur ~~ad~~ faciat unusquisque pro altero quod pro se fieri vellet, si apud barbaros teneretur captivus. Quis enim non humanitatis memor et mutuae dilectionis admonitus, si pater est, illie esse nunc filios suos computet, si maritus est, uxorem suam illie captivum teneri cum dolore pariter ac pudore vinculi maritalis existimet? Quantus vero communis omnibus nobis moeror atque cruciatus est de periculo virginum quae illic tenentur; pro quibus non tantum libertatis, sed et pudoris jactura plangenda est, nec tam vincula barbarorum quam lenonum et lupanarium stupre defientia sunt, nemora Christo dicata et in aeternum continentiae honore pudica virtute devota insultantium libidine et contagione foedentur? Quae omnia istic secundum litteras vestras fratnitas nostra cogitans et dolenter examinans prompte omnes et libenter ac largiter subsidia nummaria fratribus contulerunt; semper quidem secundum fidem suae firmitatem ad opus Dei proui, nunc tamen magis ad opera salutaria contemplatione tanti doloris accessi. Nam cum Dominus in evangelio suo dicat, *Infirmus fui, et visitasti me,* quanto, nunc quoque cum majore operis nostri mercede dicturus est: *Captivus fui, et redemisti me.* Et cum denuo dicat, *In carcere fui, et venisti ad me,* quanto plus est cum cooperit dicere, *In carcere captivitatis fui, et clausus et vinculus apud barbaros jacui, et de carcere illo seruitus liberasti me,* cum iudicij dies venerit praemium de Domino recepturi? Denique maximas vobis gratias agimus quod nos vestrae sollicitudinis et tam bonae ac necessariae operationis participes esse voluistis, ut offerreretis nobis agros uberes, in quibus spei nostrae semina mitteremus, expectaturi messem de amplissimis fructibus qui de hac caelesti et salutari operatione proveniunt. Misimus autem sextertum centum millia nummariorum, quae istic in ecclesia cui de Domini indulgentia praesumus cleri et plebis apud nos consistentis collacta sunt, quae vos illic pro vestra diligentia dispensabitis. Et optamus quidem nihil tale de caetero fieri et fratres nostros Domini majestate protectos ab

majori-
 es atque
 et possit
 secundum
 s datur,
 us sanc-
 talis om-
 ptaetatem,
 e librata
 artus sui
 nostrum
 dandam
 da sunt
 matus est
 ut quis-
 eat oscu-
 religione
 ne modo
 Deus fecit
 us dies
 praemis-
 us dies,
 resurget
 lies octa-
 imagine.
 ata nobis
 tia conse-
 spiritali-
 et omnem
 quando et
 niti nem-
 i homines
 et pro-
 orro autem
 accantibus,
 no atque a
 infans, qui
 liter natus
 remissam
 mittuntur,
 haec fuit
 ui omnibus
 prohiberi.
 tum magis
 i hoc ipso
 d in primo
 iunt quam
 re.
 ATUM EX
 Nemesiano,
 nimi nostri

ejusmodi periculis incolumes reservari. Si tamen ad explorandam nostri animi caritatem et examinandam nostri peccoris fidem tale aliquid acciderit, nolite timere nuntiare haec nobis litteris vestris, pro certo habentes ecclesiam nostram et fraternitatem istic universam ne haec ultra fiant precibus orare, si facta fuerint, libenter et largiter subsidia praestare. Ut autem fratres nostros ac sorores, qui ad hoc opus tam necessarium prompte ac liberter operati sunt, ut semper operentur, in mente habeatis in orationibus vestris, et eis vicem boni operis in sacrificiis et precibus repraesentetis, subdidi nomina singulorum, sed et collegarum quoque et consacerdotum nostrorum, qui et ipsi, cum praesentes essent, et suo et plebis suae nomine quaedam pro viribus contulerunt, nomina addidi; et praeter quantitatē propriam nostram, eorum quoque summulas significavi et misi, quorum omnium secundum quod fides et caritas exigit, in orationibus et precibus vestris meminisse debet. Optamus vos, fratres carissimi, semper bene valere et nostri meminisse.

X VIII. (LXXI.)—AD QUINTUM DE HAERETICIS BAPTIZANDIS.

Cyprianus Quinto fratri salutem. Retulit ad me, fratre carissime, Lukanus presbyter noster te desiderasse ut significaremus tibi quid sentiamus de his qui apud haereticos et schismaticos baptizati videntur. De qua re quid nuper in concilio plurimi coepiscopi cum presbyteris qui aderant censuerimus ut scireas, ejusdem epistolae exemplum tibi misi. Nescio etenim qua presumptione ducuntur quidam de collegis nostris ut putent eos quid apud haereticos tineti sunt, quando ad nos venerint, baptizari non oportere, eò quod dicant unum baptismū esse; quod unum scilicet ideo est, quia ecclesia una est, et esse baptismū extra ecclesiam non potest. Nam cum duo baptismata esse non possint, si haereticī vere baptizant, ipsi habent baptismū. Et qui hoc illis patrocinium de auctoritate sua praestat, cedit illis et consentit ut hostis et adversarius Christi habere videatur abluendi et purificandi et sanctificandi hominii potestatem. Nos autem dicimus eos qui inde veniunt non rebaptizari apud nos, sed baptizari. Neque enim accipiunt illic aliquid ubi nihil est; sed veniunt ad nos ut hic accipiant ubi et gratia et veritas omnis est, quia et gratia et veritas una est. Porro autem quidam de collegis nostris malunt haereticis honorem dare quam nobis consentire; et dum unius baptismi asseveratione baptizare venientes nolunt, sic aut duo baptismata ipsi faciunt, dum et apud haereticos baptismū esse dicunt, aut certe, quod est gravius, haereticorum sordidam et prophanam tinctiōnem vero et unico et legitimo ecclesiae catholicae baptismū p̄aeponere et p̄aeferre contendunt, non considerantes scriptum esse: *Qui baptizatur a mortuo quid proficit lavatio ejus?* Manifestum est autem eos qui non sunt in ecclesia Christi inter mortuos computari, nec posse ab eo vivificari alterum qui ipse non vivat, quando una sit ecclesia, quae vitae aeternae gratiam consecuta et vivit in aeternum et vivificat Dei populum. Et dicunt se in hoc veterem consuetudinem sequi, quando apud veteres haereticos et schismatum prima adhuc fuerint initia, ut hi illuc essent qui de ecclesia recedebant, et hic baptizati prius fuerant; quos tunc tamen ad ecclesiam reverentes et poenitentiam agentes necesse non erat baptizare. Quod nos quoque hodie observamus, ut quos constet hic baptizatos esse et a nobis ad haereticos transisse, si postmodum peccato suo cognito et errore digesto ad veritatem et matricem redeant, satis sit in poenitentiam manum imponere; ut quia ovis jam fuerat, hanc ovem ab alienatam et errabundam in ovile suum pastor recipiat. Si autem qui ab haereticis venit baptizatus

in ecclesia prius non fuit, sed alienus in totum et prophanus venit, bapti-
zandus est ut ovis fiat; quia una est aqua in ecclesia sancta quae oves
faciat. Et idcirco quia nihil potest esse commune mendacio et veritati,
tenebris ut luci, morti et immortalitati, antichristo et Christo, per omnia
debemus ecclesiae catholicae unitatem tenere nec in aliis fidei et verita-
tis hostibus cedere. Non est autem de consuetudine praescribendum,
sed ratione vincendum. Nam nec Petrus, quem primum Dominus elegit,
et super quem aedificavit ecclesiam suam, cum secum Paulus de circum-
cisione postmodum disceparet, vindicavit sibi aliquid insolenter aut
arroganter assumpsit, ut diceret se primatum tenere et obtemperari a
novellis et posteris sibi potius opferere. Nec despexit Paulum quod
ecclesiae prius persecutor fuisset, sed consilium veritatis admisit, et
rationi legitimae quam Paulus vindicabat facile consensit, documentum
scilicet nobis et concordiae et patientiae tribueni, ut non pertinaciter
nostra amemus, sed quae aliquando a fratribus et collegis nostris utiliter
et salubriter sugeruntur, si sint vera et legitima, ipsa potius nostra duca-
mus. Cui rei Paulus quoque prospiciens et concordiae et paci fideliter
consulens in epistola sua posuit dicens: *Prophetæ autem duo aut tres
loquuntur, et caeteri examinentur. Si autem ali⁹ revelatum fuerit sedenti,
ille p̄dor taceat.* Quia in parte docuit et ostendit multa singulis in melius
revelari et debere unumquemque non pro eo quod semel imbibera et
tenebat pertinaciter congregari, sed si quid melius et utilius extitorit libenter
amplecti. Non enim vincimur quando offeruntur nobis meliora, sed
instruimur, maxime in his quae ad ecclesiae unitatem pertinent et spei
et fidei nostræ veritatem; ut nos sacerdotes Dei et ecclesiae ejus de
ipsius dignatione praepositi sciamus remissam peccatorum non nisi in
ecclesia dari posse, nec posse adversarios Christi quicquam sibi circa
eius gratia vindicare. Quid quidem et Agrippinus bonaë memoriae vir
cum ceteris coepiscopis suis qui illo in tempore in provincia Africa et
Numidia ecclesiam Domini gubernabant statuit et librato consilii com-
munis examine firmavit. Quorum sententiam et religiosam et legitimam
et salutarem, fidei et ecclesiae catholicae congruentem, nos etiam scuti
sumus. Et quales super hac re litteras fecerimus ut scire, exemplum
earum ad notitiam famam tuam quam coepiscoporum nostrorum qui illuc
sunt pro communis dilectione transmisimus. Opto te, frater carissime,
semper bene valere.

am nostri
id acci-
o haben-
stra fiant
tarē. Ut
cessarium
habeatis
precibus
uoque et
et suo et
ddidi; et
s signifi-
exigit, in
es, fratres

NDIS.

sime, Lu-
tibi quid
videntur.
resbyteris
tibi misi.
nostris ut-
erint, bap-
tis et unum
ecclesiam
retici vere
le auctori-
tus Christi
is potesta-
i apud nos,
l est; sed
est, quia et
tris malunt
s baptismi
smata ipsi-
e, quod est,
et unico et
re conten-
uo quid pro-
in ecclesia
alterum qui
ratiam con-
ant se in hoc
os et schis-
esia recede-
esiam rever-
Quod nos
e et a nobis
rrone digesto-
manum im-
errabundam
nit baptizatus

EX

NOTA
exempli
ecclesie
juvat, q
sanctis

Impr
simus,
Patre t
etiam a
ad verb

IV.

EX OPERIBUS AURELII AUGUSTINI
HIPPONENSIS EPISCOPI.

NOTA.—Etiamsi in hoc breviarium transferri possint per pauca modo exemplaria ex tot operibus viri hujusce venerandi, omnium Patrum ecclesiae antiquae facile Principis, haec tamen quantulacunque edere juvat, quasi prælibamina fontis ipsius ad quem hauriendum, omnes sacro-sanctis studiis incumbentes attrahi, cordi est.

Imprimis paulula quaedam ex disceptationibus ejus De 'gratia' excerpimus, quibus insuper addenda curavimus præcepta nonnulla ab eodem Patre tradita de ratione divinam sapientiam non solum discendi, verum etiam aptè docendi. Haec studiosis haud parum profutura videntur, quò ad verbi Dei præceptum supermodum paratores veniant.

D

1. Qua
stinceris.
effari no
ea de qu
perlatore
ubicum
mus, ist

2. Sec
eum dic
“Anath
hunc mu
aut per e
necessari
Quisquia
evidente
aut omni
communi
quia auto
verba su
peccator
huio sen
singula
moria n
peccatum
viribus
tum fuer
nobis in
juste ips
ad hoc i
ctus ne
versation
videt aut
sit distin
tate verb

3. Sec
bus gest
et adjuto
in lege a

LIBER
DE GRATIA CHRISTI,
CONTRA PELAGIUM ET CÆLESTIUM.

1. QUANTUM de vestra corporali et maxime spirituali salute gaudeamus, sincerissimi fratres, dilecti a Deo, Albinus, Piniane, et Melania, quia effari non possumus, vobis cogitandum credendumque committimus, ut ea de quibus nos consulueritis potius jam loquamur. Festinante etenim perlatore inter occupationes nostras, multo apud Carthaginem quam ubicumqua alibi densiores, quantum Deus donare dignatus est, ut potuimus, ista dictavimus.

2. Scripsisti mihi, cum Pelagio vos egisse, ut quaecumque adversus eum dicerentur, scripto damnaret: eumque dixisse audientibus vobis, "Anathemo qui vel sentit vel dicit, gratiam Dei qua Christus venit in hunc mundum peccatores salvos facere, non solum per singulas horas, aut per singula momenta, sed etiam per singulos actus nostros non esse necessariam; et qui hanc conantur auferre, poenas sortianter aeternas." Quisquis haec audit, et sensum ejus ignorat, quem in libris suis satis evidenter expressit, non illis quos dicit inemendatos sibi fuisse subreptos, aut omnino suos negat, sed in illis quos litteris suis quas Romam misit commemorat, omnino eum putat hoc sentire quod veritas habet. Quia quis automi quid in eis apertius dicat advertit, debet habere etiam ista verba suspecta. Quia et si gratiam Dei, qua Christus venit in mundum peccatores salvos facere, in sola remissione peccatorum constitutat, potest huic sensui verba ista coaptare dicens, ideo eam per singulas horas, per singula momenta, et per actus singulos necessariam, ut semper in memoria retinentes et reminiscentes dimissa nobis esse peccata, non peccemus ulterius, adjuti non aliqua subministratio virtutis, sed viribus propriae voluntatis, quid sibi remissione peccatorum praestitum fuerit per actus singulos recordantis. Item quoniam solent dicere, nobis in eo Christus ad non peccandum praebuisse adjutorium, quia justus ipse vivens, neque docendo reliquit exemplum: possunt etiam ad hoc ista verba coaptare, ut dicant, per singula momenta, per singulos actus necessariam nobis esse hujusmodi gratiam, id est, ut in omni conversatione nostra intueamur dominicae conversationis exemplum. Per videt autem fides vestra, a confessione gratiae, de qua quaestio est, quā sit distingueha ista confessio: et tamen obtegi potest istorum ambiguitate verborum.

3. Sed quid inquit? Quando quidem ipse Pelagius cum episcopaliibus gestis sine illa recusatione damnaverit eos, qui dicunt gratiam Dei et adjutorium non ad singulosa actus dari, sed in libero arbitrio esse, vel in lege atque doctrina; ubi putabamus ejus de hac re, omnes tergiversa-

tiones esse consumtas; damnaverit etiam eos, qui docent gratiam Dei secundum merita nostra dari: tamen in libris quos edidit pro libero arbitrio, quorum mentionem feci, non potest quam Romam misit, nihil aliud sentire monstratur, quam id quod damnasse videbatur. Nam gratiam Dei et adjutorium, quo adjuvamur ad non peccandum, aut in natura et libero ponit arbitrio, aut in lege atque doctrina: ut videlicet, non adjuvat Deus hominem, ut declinet a malo et faciat bonum, reverendo et ostendendo quid fieri debeat, adjuvare creditur; non etiam cooperando et dilectionem inspirando, ut id quod faciemus esse cognoverit faciat.

4. Nam cum tria constitutat atque distinguat, quibus divina mandata dicit impleri, possibilitatem, voluntatem, actionem; possibilitatem scilicet, qua potest homo esse justus; voluntatem, qua vult esse justus; actionem, qua justus est, horum trium primum, id est, possibilitatem datam confitetur a creatore nature, nec esse in nostra potestate, sed eam nos habere etiam si nolimus: duo vero reliqua, id est, voluntatem et actionem nostra esse asserit, atque ita nobis tribuit, ut nonnisi a nobis esse contendat. Denique gratia Dei, non ista duo, quae non omnino vult esse, id est, voluntatem et actionem; sed illam quae in potestate nostra non est, et nobis ex Deo est, id est, possibilitatem, perhibet adiuvari tamquam illa quae nostra sunt, hoc est, voluntas et actio, tam sint valentia ad declinandum a malo et faciendum bonum, ut divino adjutorio non indigeant, illud vero quod nobis ex Deo est, hoc sit invalidum, id est, possibilitas, ut semper gratiae adjuvetur auxilio.

5. Sed ne quis forsitan dicat, nos vel non recte intelligere quae loquuntur, vel malevoli animo in alium sensum quae non ita dicta sunt vertere, ipsa jam verba eius accipio. "Nos, inquit, sic tria ista distinguimus, et certum velut ordinem digesta partimur. Primo loco posse statuimus, secundo velle, tertio esse. Posse in natura, velle in arbitrio, esse in effectu locamus. Primum illud, id est, posse, ad Deum proprio pertinet, qui illud creaturemque conculit: duo vero reliqua, hoc est, velle et esse, ad hominem referenda sunt, quia ex arbitrii formis descendunt. Ergo in voluntate et opere bono laus hominis est: in amo et hominis, et Dei, qui ipsius voluntatis et operis possibiliter dedit, quique etiam possibilitatem gratiae suas adjuvat semper etiam. Quod vero potest a homo velle bonum atque perficere, solum Dei est. Potest itaque illud unum esse, etiam si duo ista non fuerint, ita vero sine illo esse non possunt. Itaque liberum mihi est, nec voluntatem bonam habere, nec actionem: nullo autem modo possim non habere possibiliter boni: inest mihi etiam si noluerit, nec otium sui aliquando in hoo natura recipit. Quem nobis sensum exempla aliqua facient clariores. Quod possumus videre oculis, nostrum non est: quod vero bene aut male videmus, hoc nostrum est. Et ut generaliter universa complectar, quod possumus omne bonum facere, dicere, cogitare, illius est qui hoc posse donavit, qui hoc posse adjuvat: quod vero bene vel agimus, vel loquimur, vel cogitamus, nostrum est; quia haec omnia vertere in malum etiam possumus. Unde, quod propter calumniam vestram saepre repetendum est, cum dicimus hominem posse esse sine peccato, et confessione possibiliter acceptas laudamus Deum, qui nobis hoc posse largitus est, nec est ibi ulla laudandi hominis occasio, ubi solius Dei causa tractatur: non enim de velle, nec de esse, sed tantummodo de eo quod potest esse, disseritur." *d'ante*

6. Ecce est totum dogma Pelagii in libro ejus tertio pro libero arbitrio, his omnino verbis diligenter expressum, quo tria ista, unum quod est

posse, at
tem, vol
docum
a malo d
ubilibet
ligendo
trum, ne
tem volu
ox Deo,
cetera ve
sufficien
mag, non
valeram.
vestram
eo quod c
rant;) se
Deus est
terari p
ait,
in
Vnde a
tanto lat
nostru
Deum in

7. Ne
quoniam
velut co
propterea
velie et c
ter ostene
litatem d
ejus super
adjunxit,
non ait, i
abhorret
illud vid
per auxili
hominis,
dilection
sine cuiu
Deum, q
possemus

8. Ha
fitetur, n
nataram
tur, intell
qua natu
imperiitu
mus eam
quasi De
etiam gr
facere ju
quam ex

iam Dei
ero liber
sit, nihil
erit. Nam
n, aut in
videlicet,
um, rever
stam co
ognoverit

mandata
tem scili
ne justus;
ibilitatem
, sed eam
ntatem et
a nobis
omnino
potestat
ibet adju
tam sint
o adjutorio
alidum, id

quae loqui
ant vertere,
nguimus, et
statuimus,
rio, esse in
no pertinet,
ille et esse,
t. Ergo in
et Dei, qui
possibilita
homo velle
unum esse,
unt. Itaque
nonem: nullo
mihi etiam
Quem nobis
idere oculis,
rum est. Et
num facere,
se adjuvat:
nostrum est;
quod propter
minem posse
amus Deum,
minis occasio
sse, sed tan
ibero arbitrio,
um quod est

posse, alterum quod est velle, tertium quod est esse, id est, possibilitem, voluntatem, actionem, tanta curavit subtiliter distinguere, ut quantumque legimus, vel audimus, divinas gratiae adjutoriorum confiteri, ut a malo declinemus bonumque faciamus, sive in lege atque doctrina, sive ubilibet constitutat, sciamus quid loquitur; nec erramus, aliter cum intellegendo quam sentit. Soire quippe debemus, quod nec voluntatem nostram, nec actionem divino adjuvari credit auxilio, sed solam possibilitem voluntatis atque operis, quam solam in his tribus nos habere affirmat ex Deo, tamquam hoc sit infirmum, quod Deus ipse posuit in natura; cetera vero duo quao nostra esse volunt, ita sint firma, et fortia, et sibi sufficientia, ut nullo indigeant ejus auxilio; et ideo non adjuvet ut velimus, non adjuvet ut agemus, sed tantummodo adjuvet ut velle et agere valamus. Contra autem Apostolum, Cum timore, inquit, et tremore vestram ipsorum operamini salutem. Et ut scirent, quia non tantum in eo quod operari possint, (hoc enim in natura et in doctrina jam acceperant;) sed etiam in eo quod operantur divinitus adjuvantur, non ait, Deus est enim qui operatur in vobis posse, tamquam ipsi jam et velle et operari per se ipsos habeant, nec in his duabus adjutorio ejus indigeant; sed ait, Deus unum est qui operatur in vobis et velle et perficere; vel in aliis et maxime Graecis codicibus legitur, et velle et operari. Vnde si non Apostolus gratiae Dei futuras adversarios sancto Spiritu tanto pate praevidit, et haec duo, id est, et velle et operari, quao iste ita nostra esse voluit, tamquam ipsa divinas gratias non adjuventur auxilio, Deum in nobis dixit operari.

7. Neque hunc Pelagius incertos fallat et simplicios, vel etiam so ipsum, quoniam cum dixisset, Ergo in voluntate et opere bono laus hominis est: velut correxit atque addidit, immo et hominis, et Dei. Non enim hoo propterea dixit, quia secundum suam doctrinam intelligi voluit, quod et velle et operari Deus operetur in nobis: sed eur hoc dixerint, satis evidenter ostendit, continuo subiungendo, qui ipsius voluntatis et operis possibilitem dedit. Hanc autem possibilitem in natura cum ponere, de verbis ejus superioribus olarum est. Sed ne nihil de gratia dixisse videbatur, adiunxit, quique ipsam possibilitem gratiae sue adjuvat semper agere, non ait, ipsam voluntatem, vel ipsam operationem; quod si dicere volebat abhorre a doctrina apostolica videretur: sed ait; ipsam possibilitem, illud videlicet ex tribus quod in natura locavit, gratiae sue adjuvat semper auxilio: ut scilicet in voluntate et actione non ideo laus sit et Dei et hominis, quia sic vult homo, ut tamen Deus voluntati ejus ardorem dilectionis inspiret; et sic operatur homo, ut tamen Deus cooperetur, sine ejus adjutorio quid est homo? sed ideo ad hanc laudem adjunxit et Deum, quia nisi natura esset, in qua nos condidit, qua velle et agere possemus, nec veillernus, nec ageremus.

8. Hanc autem naturalem possibilitem quod adjuvari Dei gratia confitetur, non est hic apertum vel quam dicat gratiam, vel quatenus ea naturam sentiat adjuvari: sed sicut aliis locis, in quibus evidentius loquitur, intelligi potest, non vult aliud accipi quam legem atque doctrinam, qua naturalis possibilias adjuvetur. Nam quodam loco ait, "Hic nos imperissimi hominum putant injuriam divinas gratiae facere, quia dicimus eam sine voluntate nostra nequaquam in nobis perficere sanctitatem: quasi Deus gratiae suae aliquid imperaverit, et non illus quibus imperavit, etiam gratiae suae auxilium subministret, ut quod per liberum hominis facere jubentur arbitrium, facilius possent impiere per gratiam." Et tamquam explicaturus quam dicat gratiam, secutus adjunxit dicens, "Quam

nos non, ut tu putas, in lego tantummodo, set et in Dei esse adjutorio confitemur. Qnis non hic desideret, ut contendat quam velit intelligi gratiam? Propter hoc enim maxime de illo expectare debemus, ut dicit hoc quod dicit, non in lego tantummodo se gratiam confiteri. Sed nobis haec expectatione suspensis, quid addiderit intuemini: "Adjuvat enim nos Deus, inquit, per doctrinam et revelationem suam, dum cordis nostri oculus aperit; dum nobis, ne praesentibus occupemur, futura demonstrat; dum diaboli pandit insidias; dum nos multiformi et ineffabili dono gratiae caelestis illuminat." Deinde sententiam suam quadam velut absolutione conccludens, "Qui haec dicit, inquit, gratiam tibi videtur negare? An et liberorum hominis arbitrium, et Dei gratiam confitetur?" In his omnibus non recessit a commendatione legum atque doctrinae, hanc esse adjuvantem gratiam diligenter incoleans, et hoc exsequens quod proposuerat, cum diceret, *sed in Dei esse adjutorio confitemur*. Denique Dei adjutorium multipliciter insinuandum putavit, commemorando doctrinam et revelationem, et oculorur: cordis adaperitionem, et demonstrationem futurorum, et apertione in diaconicarum iniustiarum, et multiformi atque ineffabili dono gratiae caelestis illuminationem: ad hoc utique ut divina precepta et promissa discamus. Hoc est ergo gratiam Dei ponere in lege atque doctrina.

9. Hinc itaque appetit, hanc eum gratiam confiteri, qua demonstrat et revelat Deus quid agere debeamus; non qua donat atque adjuvat ut agamus: cum ad hoc potius valeat legis agnitus, si gratiae desit opitulatio, ut fiat mandati paevaricatio. Ubi enim non est lex, ait Apostolus, nec paevaricatio. Et, Concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret, Non concupisces. Ac per hoc, usque ad eo aliud est lex, aliud est gratia, ut lex non solum nihil prospicit, verum etiam plurimum obicit, nisi adjuvet gratiam; et haec ostendat legis utilitas, quoniam quos facit paevaricationis reos, cogit confusare ad gratiam liberandos, et ut concupiscentias malas superent adjuvantes. Jubet enim magis quam juvat; docet mortuum esse, non sanat; immo ab ea potius quod non sanatur augetur, ut adtentius et sollicitius gratiae medicina quaeratur. Quia littera occidit, spiritus autem vivificat. Si enim data esset lex quae posset vivificare, omnino ex lege esset justitia. In quantum tamen etiam lex adjuvet, adiungit et dicit, Sed conclusit Scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex nre Iesu Christi daretur creditibus. Itaque lex, inquit, Paedagogus noster fuit in Christo Iesu. Hoc ipsum ergo superbis est utili, sub peccato artius manifestiusque concludi, ne ad faciendam justitiam de liberi arbitrii quasi propriis viribus praesumatur; sed omnes os obstruantur, et reus fiat omnis mundus Deo, quia non justificabitur ex lege omnis caro coram ille. Per legem enim cognitio peccati: nunc autem sine lege justitia Dei manifestata est, testificata per legem et prophetas. Quomodo ergo sine lege manifestata, si per legem testificate? Non itaque sine lege manifestata, sed sine lege justitia, quia justitia Dei est, id est, quae nobis non ex lege sit, sed ex Deo: non quae illo imperante cognoscendo timeatur, sed quae illo donante diligendo teneatur, ut et qui gloriantur in Domino glorietur.

10. Quid ergo est, quod iste legem atque doctrinam deputat gratiam, quae juvamus ad operandam justitiam, quae ut multum adjuvet, ad hoc adjuvat ut gratia requiratur? Nemo enim potest legem impiere per legem. Plenitudo enim legis caritas. Caritas autem Dei non per legem diffusa est in cordibus nostris, sed per Spiritum sanctum qui datus est nobis. Prinde per legem gratia demonstratur, ut lex per gratiam compleatur.

Quid en
intellig
naturae
ligi, qui
gulos ac
tamen l
tionem 1

11. E
nobis ip
epistola
toli, De
ut hanc
menter c
bonum c
tos, et
futurae p
revolutioni
dum nol
est." C
nobis op
lege na
praemio
sapienti
bonum c
aliquid q
quibusq
et docem
hominis
qua futu
fur et sp
solum su
omnium
pollicen
ant ad e
sit fides
vit, ubi
paulo p
nomo po
Pelagiua
Christia

12. Q
quisqua
fatione
revelari
magnitu
carnis i
Dominu
mea, na
cui nihili
non poss
phizante
existente
caritate

adjutorio
illi gra-
ut dicat
ed nobis
vat enim
dis nostri
nonstrat;
io gratiae
solutione
? An et
omnibus
adjuvan-
posuerat,
dutorum
revelatio-
narorum, et
abilis dono
accepta et
ege atque

monstrat et
adjuvat ut
sit opitula-
Apostolus,
ceret. Non
gratia, ut
si adjuvet
praevarica-
episcopicias
docet mor-
tuos, ut
era occidit,
vivificare,
adjuvet; ad-
promissio.
Paedagogus
; sub pec-
am de liberi-
estratur, et
omnis caro
in sine lege
Quomodo
itaquo sino
id est, quae
cognoscendo
gloriat in
stat gratiam,
avet, ad hoc
e per legem.
legem diffusa
us est nobis.
completatur.

Quid enim juvat Pelagium, quia diversis verbis eamdem rem dicit, ut non intelligatur in legi atque doctrina gratiam constituere, qua possibiliter naturae asserit adjuvari? Quantum autem existimo, ideo veretur intelligi, quia damnavit eos, qui dicunt gratiam Dei et adjutorium non ad singulos actus dari, sed in libero arbitrio esse, vel in legi atque doctrina: et tamen latere se potat, cum alias atque alias locutionibus versat significationem legislatique doctrinae.

11. Et alio quippe loco, cum diu asseruissest, non adjutorio Dei, sed ex nobis ipsius in nobis effici voluntatem bonam, opposuit sibi ex apostoli epistola questionem, atque ait, "Et quomodo, inquit, stabit illud Apostoli, Deus est enim qui operatur in vobis et vobis et particore?" Deinde ut hanc oppositionem veluti solveret quam videbat dogmati suo vehementer esse contrarium, secutus adjuvit: "Operatur in nobis vobis quod bonum est, vobis quod sanctum est, dum nos terrenis cupiditatibus deditos, et mutorum more animalium tantummodo praeventione diligentes, futurae gloriae magnitudine et praeiorum pollicitatione succendit, dum revelatione sapientiae in desideriorum Dei stuporem suscit voluntatem, dum nobis (quod tu alibi negare non metuis) suadet omne quod bonum est." Quid manifestius, nihil aliud eum dicere gratiam, qua Deus in nobis operatur vobis quod bonum est, quam legem atque doctrinam? In lego namque et doctrina sanctorum scripturarum futuras gloriae atque praeiorum promittitur magnitudo. Ad doctrinam pertinet etiam quod sapientia revelatur, ad doctrinam pertinet cum suadetur omne quod bonum est. Et si ille docero et suadero, vel potius exhortari, distaro aliquid videtur; etiam hoc tamē doctrinæ generalitate concludatur, quae quibusque sermonibus vel litteris continetur: nam et sanctæ scripturæ et docent et exhortantur, et potest esse in docendo et exhortando etiam operatio hominis. Sed nos eam gratiam volumus iste aliquando fateatur, qua futurae gloriae magnitudo non solum promittitur, verum etiam creditur et speratur; nec solum revoluta sapientia, verum et amatur; nec solum suadetur omnne quod bonum est, verum et persuadetur. Non enim omnium est fides, qui audiunt per Scripturas Dominum regnum caelorum pollicentem; aut omnibus persuadetur quibuscumque suadetur, ut veniant ad eum qui dicit, Venite ad me omnes qui laboratis. Quorum autem sit fides, et quibus persuadetur, ut ad eum veniant, satis ipse demonstravit, ubi ait, Nemo venit ad me, nisi Pater qui misit me, traxerit eum. Et paulo post, cum de non credentibus loqueretur, Dixi, inquit, vobis, quia nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum a Patre meo. Hanc debet Pelagius gratiam confiteri, si vult non solum vocari, verum etiam esse Christianus.

12. Quid autem dicam de revelatione sapientiae? Neque enim facile quisquam speraverit in hac vita posse pervenire ad magnitudinem revelationum apostoli Pauli: et utique in eis quid aliud credendum est ei revelari solere, nisi quod ad sapientiam pertineret? Et tamen dicit, In magnitudine revelationum meorum ne extollar, datus est mihi stimulus carnis meae, angelus satanae qui me colaphizet. Propter quod tecum Dominum rogar, ut auferret eum a me: et dixit mihi. Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur. Procul dubio si jam summa, et cui nihil esset addendum, caritas in Apostolo tunc fuisset, quae omnino non posset inflari, numquid necessarius esset angelus Satanae, quo colaphizante reprimetur elatio, quae in magnitudine revelationum posset existere? Quid est autem aliud elatio, quam inflatio? Et unice de caritate verissime dictum est, Caritas non aemulatur, non inflatur. Haec

Itaque caritas adhuc etiam in tanto Apostolo lo die in diem profecto aug-
batur, quamdiu homo ejus interior de die in diem renovabatur, perficienda
sine dubio ubi jam non posset inflari. Tunc autem mens ejus adhuc erat
ubi inflaretur magnitudo revelationis, donec impigeretur solide nesciatio
caritatis: nondum enim perveniendo apprehenderat, quo proficiendo
currebat.

13. Ideoque nolenti perpeti molestiam, qua ejus cohiberetur elatio,
antequam esset in eo caritatis ultima et summa perfectio, rectissime
dicitur: Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infinitate perficitur: in
infinitate scilicet, non ut ille potat, carnis tantum; sed et carnis et
animi: quia et animus erat in comparatione summa illius perfectionis
infirmus, cui, non extolleretur, prouide stimulus carnis angelus Satanae
intelligebatur datus: quamvis esset in carnalium vel animalium, nondum
percepientium quanto sunt Spiritus Dei, comparatione, firmissimus. Quo-
circa si virtus in infinitate perficitur, quicquid so non fateretur infirmum,
non perficitur. Haec autem gratia, qua virtus in infinitate perficitur,
praedestinatos et secundum propositionem vocatos ad summam perfectionem
glorificationisque perducit. Quia gratia agitur, non solum ut facienda
noverimus, verum etiam ut cogniti facimus; nec solum ut diligenda
credamus, verum etiam ut credam diligamus.

14. Haec gratia si doctrina discedua est, certe sic dicatur, ut alius et
interius eam Deus cum ineffabilis suavitate crederat infundere, non solum
per eos qui plantant et rigant extrusores, sed otiam per ipsum qui
incrementum suum ministrat oculis, ita ut non ostendat tantummodo
veritatem, verum etiam imperiat caritatem. Sic enim docet Deus eos
qui secundum propositum vocati sunt, simul donans et quid agant sciens
et quod sciunt agere. Unde ad Thessalonicenses sic Apostolus loquitur:
De caritate autem fraternitatis non opus habetis vobis scribi; nam ipsi
vos a Deo didicistis at diligatis invicem. Atque ut probaret eos a Deo
didicisse, subiuxxit, Etenim facitis illud in omnes fratres, in universa
Macedonia. Tantquam hoc sit ecclissimum indicium quod a Deo didi-
ceris, si id quod didiceris feceris. Isto modo sunt omnes secundum pro-
positum vocati, sicut scriptum est in Prophetis, docibiles Dei. Qui
autem novit quidem quod fieri debeat, et non facit, nondum a Deo didicit
secundum gratiam, sed secundum legem; non secundum spiritum, sed
secundum literam. Quanvis multi, quod imperat lex, fieri videantur
timore poenae, non amore justitiae: quoniam dicit Apostolus justitiam suam
qua ex lege est; tamquam sit imperata, non data. Si autem data est,
non dicitur justitia nostra, sed Dei: qui sic sit nostra, ut sit nobis ex Deo.
Dicit enim, Ut inveniar in illo non habens meam justitiam, quae ex lege
est, sed eam quam ex fido est Iesu; justitiam ex Deo. Tantum igitur inter
legem distat et gratiam, ut cum lex esse non dubitetur ex Deo, justitia
tamen quae ex lege est, non sit ex Deo; sed justitia quae per gratiam
consummatur, ex Deo. Quia ex lege justitia dicitur, quae fit propter
legis maledictum: justitia ex Deo dicitur, quae datur per gratiae bene-
ficium; ut non sit terrible, sed suave mandatum, sicut oritur in Psalmo,
Suavis es Domine, et in tua suavitate doco me justitiam tuam: id est, ut
non formidabis poenae serviliter cogar esse sub lege, sed libera caritate
delecter essem cum lege. Praeceptum quippe liber facit, qui libens facit.
Et hoc modo quisquis discit, agit omnino quidquid agendum didicerit.

15. De isto docendi modo etiam Dominus ait, Christus qui audivit a
Patre meo et didicit, venit ad me. Qui ergo non audiret, non de Al-
recte dicitur, Audivit quidem et didicit sibi esse regnum, sed facere

non vult quod didicit. "Prorsus non recte dicitur de isto docendi modo, quo per gratiam docet Deus. Si enim, siue Veritas loquitur, Omnis qui didicit, venit: quisquis non venit, profecto nec didicit. Quis autem non videat, et venire quemquam et non venire arbitrio voluntatis? Sed hoc arbitrium potest esse solum, si non venit: noui autem potest nisi adjutum esse; si venit; et sic adjutum, ut noui solum quid facieundum sit sciat, sed quod scierit etiam faciat. Ac per hoc, quando Deus docet, non per legis litteram, sed per Spiritus gratiam; ita docet, ut quod quisque didicerit, non tantum cognoscendo videat, sed etiam volens appetat, agendoque perficiat. Et isto divino docendi modo etiam ipsa voluntas et ipsa operatio, non sola volenti et operanti naturalis possibilis adjuvatur. Si enim solum posse nostrum haec gratia juvaretur, ita dicere Dominus: Omnis qui audivit a patre et didicet, potest venire ad me. Nei autem ita dixit: sed, Omnis qui audivit, inquit, a Patre et didicet, venit ad me. Venire posse in natura ponit Pelagius, vel etiam, ut modo dicere coepit, in gratia qualiterbam eam sentiat, *qua ipsa*, ut dicit, *possibilitas adjudicatur*: venire autem juxta voluntate et opere est. Non est autem consequens, ut qui potest venire, etiam veniat, nisi id voluerit atque fecerit. Sed omnis qui didicet a Patre, non solum potest venire, sed venit: ubi jam et possibilis prolectus, et voluntatis affectus, et actionis effectus est.

16. Quid sibi ergo volunt exempla, nisi quia re vera nobis eius sensum fecerunt, sicut politicus est; clariorum; non ut ea sentire debeamus, sed ut id quod ipso sensit, manifestius aperitusque noscamus?" "Quod possumus, *inquit*, videre oculis, nostrum non est: quod vero bene aut male videamus, hoc nostrum est." Respondent illi. Psalmus, ubi Deo dicitur, Averte oculos meos, ne videant vanitatem. Quod et si de oculis mentis dictum est, inde antiquo procedit in hoc oculos carnis, vel bene videre, vel male: non quemadmodum dicuntur bene videre sancti oculis intuentes, et male lippientes; sed bene videre ad subvenientium, male videre ad concupiscentium. Quoniam enim per hos exteriore oculos videatur et pauper cui subvenitur, et mulier quae concupiscitur; tamen ex interiore ad male vel bene videndum misericordia vel libido procedit. Cur ergo dicitur Deo; Averte oculos meos, ne videant vanitatem? Cur petitur quod ad nostram pertinet potestate, si Deus non adjuvat voluntatem?

17. "Quod loqui possumus, *inquit*, Dei est: quod vero bene vel male loquimur, nostrum est." Non hoc docet ille, qui loquitur bene. Non enim vos estis, inquit, qui loquimini; sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis. "Et ut generaliter, *inquit*, universa complegetur; quod possumus omne bonum facere, dicere, cogitare, illius est qui hoc posse donavit, qui hoc posse adjuvavit." Ecce etiam hic superiore repetit sensum, quod illorum trium, id est, possibilis voluntatis, actionis, non nisi possibilis adjuvatur. Denique adjungens, ut impleat quod intendit: "Quod vero bene, *inquit*, vel agimus, vel loquimur, vel cogitamus, nostrum est." Oblitus est quod superior quasi correxerat, ubi cum dixisset, "Ergo in voluntate et opere bone laus hominis est;" *adjunxit atque ait*, "immō et hominia, et Dei qui ipsis voluntatis et operis possibilitem dedit." Cur etiam in his exemplis hoc non recordatus est, ut saltem in eorum fine dicere, Quod possumus omne bonum facere, dicere, cogitare, illius est qui hoc posse donavit, qui hoc posse adjuvavit; quod vero bene vel agimus, vel loquimur, vel cogitamus, et nostrum est, et illius? Non hoc dixit: sed, nisi fallor, videor mihi videre quid timuit.

18. Cum enim vellet ostendere quare nostrum sit: *Quia haec, inquit, omnia vertere etiam in malum possumus.* Illud ergo timuit, ut non dicaret,

et nostrum est et Dei, ne sibi responderetur. Si quod bene agimus, loquimur, cogitamus, ideo est et nostrum et Dei, quia ille nobis hoc posse donavit; ergo et quod malum agimus, loquimur, cogitamus, et nostrum est et Dei, quia illud posse ad utrumque donavit; atqua ita, quod absit, quemadmodum cum Deo laudamur in operibus bonis, sic cum illo culpamur in malis. Possibilitas quippe illa, quam dedit, tam nos facit bona posse quam mala.

19. De qua possibiliitate Pelagius in libro primo pro libero arbitrio ita loquitur: "Habemus autem, *inquit*, possibilitem utriusque partis a Deo insitam, velut quandam, ut ita dicam, radicem fructiferam atque secundam, quae ex voluntate hominis diversa gignat et pariat, et quae possit ad proprii cultoris arbitrium, vel nitore flore virtutem, vel sentibus horrere vitiorum." Ubi non intuens quid loquatur, unam quindeinde radicem constituit bonorum et malorum, contra evangelicum veritatem doctrinamque apostolicam. Nam et Dominus nos arborem bonam dicit posse fecere fructos malos, nec malam bonos: et apostolus Paulus cum dicit radicem malorum omnium esse cupiditatem, admonet utique intelligi radicem bonorum omnium caritatem. Unde si duas arbores bona et mala, duo sunt homines bonus et malus, quid est bonus homo nisi voluntatis bonae, hoc est, arbor radicis bona? et quid est homo malus nisi voluntatis malae, hoc est, arbor radicis malae? Fructus autem harum radicum atque arborum, facta sunt, dicta sunt, cogitata sunt, quae bona de bona voluntate procedunt, et mala de mala.

20. Facit autem homo arborem bonam, quando Dei accipit gratiam. Non enim se ex malo bonum per se ipsum facit; sed ex illo et per illum et in illo qui semper est bonus: nec tantum ut arbor sit bona; sed etiam ut faciat fructus bonos, eadem gratia necessarium est ut adjuvetur, sine qua boni aliquid facere non potest. Ipse quippe in bonis arboribus cooperatus fructum, qui et fornicatus rigat atque excusat per quemlibet ministrum, et per se dat intrinsecus incrementum. Malum vero arborem homo facit, quando se ipsum malum facit; quando a bono incommutabiliter deficit: ab eo quippe defectus est origo voluntatis malae. Qui defectus non aliam naturam malam initiat, sed eam quae bona condita est vitiat. Sanato autem vitio nullum malum remanet; quia vitium naturae quidem inerat, sed vitium natura non erat.

21. Illa ergo possilitas, non ut iste opinatur, una eademque radix est bonorum et malorum. Aliud est enim caritas radix bonorum, aliud cupiditas radix malorum; tantumque inter se differunt, quantum virtus et vitium. Sed plane illa possilitas utriusque radicis est capax; quin non solum potest homo habere caritatem, qua sit arbor bona, sed potest etiam cupiditatem, qua sit arbor mala. Sed cupiditas hominis quae vitium est, hominem habet auctorem, vel hominis deceptorem, non hominis creatorem. Ipsa est enim concupiscentia carnis, et concupiscentia oculorum, et ambitio saeculi, quae non est ex Patre, sed ex mundo est. Quis autem nesciat, mundi nomine soletere appellare Scripturam, a quibus habatur hic mundus?

22. Caritas autem quae virtus est, ex Deo nobis est, non ex nobis, Scriptura teste, quae dicit, Caritas ex Deo est, et omnis qui diligit, ex Deo natus est, et cognovit Deum, quia Deus caritas est. Secundum istam caritatem, melius intelligitur dictum: Qui natus est ex Deo, non peccat; et, quia non potest peccare. Quia caritas secundum quam natus ex Deo est, non agit perperam, nec cogitat malum. Cum ergo peccat homo, non secundum caritatem, sed secundum cupiditatem peccat, secundum quam

non est natus ex Deo: quoniam illa possilitas, ut dictum est, utriusque radicis est capax. Cum ergo dicat Scriptura, Caritas ex Deo est: vel quod est amplius, Deus caritas est: cum apertissime clamet Johannes apostolus, Ecce qualem caritatem dedit nobis Pater, ut filii Dei vocemur et simus: iste audiens, Deus caritas est, quare adhuc usque contendit, quod ex illis tribus tantummodo possilitatem habeamus ex Deo, bonam vero voluntatem bonaque actionem habeamus ex nobis? Quasi vero aliud sit bona voluntas quam caritas, quam Scriptura nobis esse clamat ex Deo, et a Patre datam, ut filii ejus essemus.

23. Sed forte, ut daretur nobis, praecedentia merita nostra fecerunt: sicut iste de gratia Dei sentit in eo libro, quem ad sacram virginem scripsit, cuius etiam commemorationem fecit in litterie, quas Romani misit. Ibi enim interposito Jacobi apostoli testimonio, quo ait, "Subditi estote Deo, resistite autem diabolo, et fugiet a vobis" subiunxit et dixit, "Ostendit quomodo resistere debeamus diabolo, si utique subditi simus Deo, eisque faciendo voluntatem, divinam mereamur gratiam, et facilius nequam spiritui, sancti Spiritus auxilio resistamus." Ecce quam veraci corde damnavit in ecclesiastico iudicio Palaestino eos, qui dicunt gratiam Dei secundum merita nostra dari. An adhuc eum id sentire et apertissime praedicare dubitamus? Quomodo ergo verax fuit in episcopali examine illa confessio? An forte jam istum scripserat librum, ubi apertissime dicit gratiam secundum merita nostra dari, quod in orientali synodo sine ulla recusatione damnavit? Confiteretur ergo sic se aliquando tenuisse, sed jam non tenere, ut de correctione ejus apertissime gaudeamus. Nunc vero cum illi inter cetera et hoc fuisse objectum, respondit, "Haec utrum Caelestii sint, ipsi viderint, qui dicunt ea Caelestii esse: ego vero numquam sic tenui, sed anathematizo qui sic tenent." Quomodo numquam sic tenuit, si hunc ante considerat librum? Aut quomodo anathematizat eos qui sic tenent, si hunc librum postea condidit?

24. Sed ne forte respondeat, ita se hic dixisse, "Dei faciendo voluntatem, divinam mereamur gratiam," sicut fidelibus et pie viventibus additur gratia, qua resistant fortiter tentatori, cum tamen gratiam etiam primitus accepissent, ut Dei facerent voluntatem: ne forte ergo ita respondeat, alia de hac re verba ejus accipite. "Qui currit, inquit, ad Dominum, et ab eo se regi cupit, id est, voluntatem suam ex ejus voluntate suspendit; qui ei adhaerendo jugiter unus, secundum Apostolum, cum eo fit spiritus, non hoc nisi de arbitrii efficacitate." Quare quantum rem dixerit non effici nisi arbitrii libertate; ac per hoc sine adjutorio Dei nos Deo existimat adhaerere; hoc est enim, non nisi de arbitrii libertate: ut cum adhaeserimus eo non adjuvante, tunc jam quoniam adhaesimus, etiam adjuvari mereamur. Sequitur enim et dicit, "Qua qui bene uititur," id est, arbitrii libertate qui bene uititur, "ita se, inquit, totum tradit Deo omnemque suam mortificat voluntatem, ut cum Apostolo possit dicere, Vivo autem jam non ego, vivit autem in me Christus: ponitque cor suum in manu Dei, ut illud quod voluerit, ipse declinet." Magnum profecto adjutorium divinae gratiae, ut cor nostrum quo voluerit Deus, ipse declinet. Sed hoc tam magnum adjutorium, sicut iste desipit, tunc meremur, cum sine ullo adjutorio non nisi de arbitrii libertate ad Dominum currimus, ab eo nos regi cupimus, voluntatem nostram ex ejus voluntate suspendimus, eique adhaerendo jugiter, unus cum illo efficiimus spiritus. Haec scilicet tam ingentia bona, non nisi de arbitrii, secundum istum efficaciam libertate, ut his praecedentibus meri-

tis sic ejus gratiam consequamur, ut cor nostrum quo voluerit ipse declinet. Quomodo est ergo gratia, si non gratis datur? Quomodo est gratia, si ex debito redditur? Quomodo verum dicit Apostolus, Non ex vobis, sed Dei donum est; non ex operibus, ne forte quis extollatur? Et iterum: si autem gratia, inquit, jam non ex operibus; alioquin gratia jam non est gratia. Quomodo, inquam, hoc verum est, si opera tanta praecedunt; quae nobis adipiscendae gratiae meritum faciant, quo nobis non donetur gratuito, sed reddit ex debito; Ergone ut perveniat ad adjutorium Dei, ad Deum currit sine adjutorio Dei; et ut Deo adhaerentes adjuvemur a Deo, a Deo non adjuti adhaeremus Deo? Quid homini majus, quidve tale poterit gratia ipsa praestare, si jam sine illa unus cum Domino spiritus effici potuit, non nisi de arbitrio libertate?

25. Sed vellent ut iste diceret, utrum rex ille Assyrius ejus Esther sancta mulier exsecratur cubile, quando considerat in throno regni sui, et omni stola illustrationis suae indutus erat, totus auro variatus lapidisbusque pretiosis, et erat formidolosus valde, et elevata facie sua inflammatu in claritate intuitus est eam, tamquam taurus in impetu indignationis suae; et timuit regina, et conversus est color ejus per dissolutionem, et inclinavit se super caput delicatae suae, quae praecedebat eam: velle ergo diceret iste nobis, utrum rex illi ad Dominum jam cucurserat, et ab eo so regi cupiverat, suamque voluntatem ex ejus voluntate suspenderat, et ei jugiter inhaerendo unus cum illo spiritus factus erit, non nisi de arbitrii libertate? utrum se totum Deo tradiderat, omnemque suam mortificaverat voluntatem, et cor suum in manu Dei posuerat? Puto non desipere, sed insanire hominem, quisquis de illo rege, qualis tunc erat, haec senserit: et tamen convertit Deus et transtulit in signationem ejus in lenitatem. Quis autem non videat, multo majus esse, indignationem a contrario in lenitatem convertere atque transferre, quam cor neutra affectione praeoccupatum, sed inter utramque medium in aliquid declinare? Legant ergo et intelligent, intueantur atque fateantur, non lege atque doctrina insonante forinsecus, sed interna et occulta, mirabiliter ineffabili potestate operari Deum in cordibus hominum, non solum veras revelationes, sed bonas etiam voluntates.

26. Desimat itaque jam Pelagius, et se ipsum et alios fallere, contra Dei gratiam disputando: Non propter illorum trium inum, id est, propter possibilitem bona voluntatis atque operis, sed etiam propter voluntatem et operationem bonam erga nos gratia Dei praedicanda est. Nam illam possibilitem ad utrumque valere definit: et tamen non ideo tribuenda sunt Deo etiam nostra peccata, sicut et propter eamdem possibilitem vult tribuere bona opera nostra. Non ideo tantum adjutorium divinæ gratiae commendetur, quia possibiliter adjuvat naturalem. Desimat dicere. "Quod possumus omne bonum facere, dicere, cogitare, illius est qui hoc posse donavit, qui hoc posse adjuvat: quod vero bene vel agimus, vel loquimur, vel cogitamus, nostrum est." Desimat, inquam, ista dicere. Non solum enim Deus posse nostrum donavit atque adjuvat, sed etiam velle et operari operatur in nobis. Non quia nos non volumus, aut nos non agimus: sed quia sine ipsis adjutorio nec volumus aliquid boni, nec agimus. Quomodo enim dicitur, "Quod possumus bene agere, Dei est, quod autem agimus, nostrum est?" cum dicat Apostolus, orare se ad Deum pro eis, ad quos scriberat, no quid mali facias? ut ut quod bonum est faciant. Non enim ait, Oramus ut possitis nihil mali facere, sed, ne quid faciatis mali: nec ut possitis bonum facere; sed, ut bonum faciatis. Quoniam de quibus scriptum est, Quotquot enim Spiritu Dei aguntur, hi filii sunt Dei: profecto ut agant quod bonum est, ab illo aguntur qui

bonus
est: q
Patris
dedisti
Nec ai
loqui:
tum, se
trii elat
bone c
cator:
metips
ture: 27.

manife
simo p
botur p
tioneum
inflat.
non sic
horum
est, hu
caritate
rint.
diligeb
sumus,
simus d
Et, util
omnime
misi ho
faucem
gamus
sed a t
inputa
est, pec
tuum D
sanctum
ut omn
tiuum, fi
dari g
sentiat
tieri ta

28. I
eum d
sancti
quid e
integer
Sed qu

Volens
ut etia
modo n
29. I
inquit,

e declinat gratia,
x vobis,
iterum :
non est
cedunt ;
donetur
atorium
adjuve-
majus,
Domino

Esther
egni sui,
lapidi-
inflam-
indigna-
tionem,
an : yel-
currerat,
suspensi-
non nisi
ne suam
Puto non
unc' erat.
hem ejus
ationem
or neutra
id declin-
non lege
ribili ac
um veras

re, contra
t, propter
voluntatem
am illam
tribuenda
ibilitatem
a divinae
Desinat .
illius est
lagimus,
ta dicere.
ed etiam
, aut nos
boni, nec
, Dei est ;
are se ad
mod bonum
e; sed, ne
m faciatie-
guntur, hi-
guntur qui

bonus est. Quomodo dicit Pelagius, "Quod bene loqui possumus, Dei est: quod bene loquimur, nostrum est," cum dicat Dominus, "Spiritus Patris vestri est, qui loquitur in vobis? Neque enim ait, non vos estis qui dedistis vobis bene posse loqui: sed ait, Non vos estis qui loquimini. Nec ait, Spiritus Patris vestri est qui vobis dat, vel dedit posse bene loqui: sed ait, qui loquitur in vobis non significans possibilis profectum, sed exprimens cooperationis effectum. Quomodo dicit liberi arbitrii elatus assertor; "Quod possumus bene cogitare, Dei est: quod autem bene cogitamus, nostrum est?" Cui responder humilis gratias predicator: Non quia idonei sumus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis-metipis; sed sufficientia nostra ex Deo est. Non enim ut, posse cogi-
tare: sed, cogitare.

27. Istim Dei gratiam in divinis eloquiis manifestam etiam Pelagius manifeste fatauit, seque tundiu contra sensisse non operari impudentissimo pudore, sed doloris subterrano aperiat; ut sancta Ecclesia non turbetur pervicaci ejus obstinatione; sed veraci correctione laetetur. Cognitionem et dilectionem, sicut sunt discernenda discernat. Quia scientia initia, caritas addicit. Et tunc scientia non iullat, quando caritas addicit. Et cum sit utrumque donum Dei, sed unum minus, alterum majus; non sic justitiam nostram super landom justificatoris nostri extollat, ut horum ditorum quod minus est, divino tribuit adjutorio, quod autem majus est, humano usurpat arbitrio. Et si consenserit, nos gratia Dei accipere caritatem; non sic sentiat, tamquam illa merita bona nostra praecesse-
rint. Nam quae merita bona tunc habere poteramus, quando Deum non diligebamus? Ut cum accepemus dilectionem qua diligemus, dilecti sumus, cum eam nondum haberemus. Hoc Johannes apostolus apertissime dicit: Non quod nos dixerimus Deum, sed quia ipso dilexit nos. Et, alibi: Nos diligamus, inquit, quia ipse prior dilexit nos. Optime omnino atque verissime. Non enim haberemus unde illum diligeremus, nisi hoc ab illo, cum prior nos diligere, sumeremus. Quid autem boni faciemus, nisi diligemus? Aut quomodo bonum non facimus, si dilige-
gamus? Et si enim Dei mandatum videatur aliquando non a diligentibus, sed a timoribus fieri: tamen ubi NON EST DILECTIO nullum bonum opus imputatur, nec recte bonum opus vocatur: quia omnia quod non ex fide est, peccatum est; et fides per dilectionem operatur. Ae per hoc gratiam Dei, que caritas Dei diffunditur in cordibus nostris per Scriptum sanctum, qui datus est nobis, sic confiteatur, qui vult veraciter confiteri, ut omnino nihil boni sine illa, quod ad pietatem pertinet veramque justitiam, fieri posse non dubitet. Non quomodo iste, qui cum dicit, properea dari gratiam, ut quod a Deo praecepitur, facilius implatur, quid de illa sentiat satie ostendit, scilicet, quod etiam sine illa, eti minus facile, fieri tamen quod divinitus praecepitur potest.

28. In libro quippe ad virginem sacram, quod et supra commemoravi, cum dicit, "Divinam mereamur gratiam, et facilius nequam spiritui, sancti Spiritus auxilio, resistamus;" significat profecto quid sapiat. Ut quid enim hoc verbum interposuit, id est, *facilius*? An vero non erat integer sensus, ut nequam spiritui, sancti Spiritus auxilio, resistamus? Sed quantum detrimentum hoc additamento fecerit, quis non intelligat? Volens utique credi, tantas esse naturae vires, quas extollendo praecepit, ut etiam sine auxilio Spiritus sancti, eti minus facile, tamen aliquo modo nequam spiritui resistatur.

29. Item in primo libro pro libero arbitrio, "Cum autem tam forte, iugis, tam firmum ad non peccandum liberum in nobis habeamus arbit-

trium, quod generaliter naturae humanae Creator inseruit, rursum pro inestimabili ejus benignitate, quotidiano ipsius munimur auxilio." Quid opus est hoc auxilio, si tam forte, tam firmum est ad non peccandum liberum arbitrium? Sed etiam hic vult intelligi, ad hoc esse auxilium, ut facilius fiat per gratiam, quod eti minus facile, tamen putat fieri praeter gratiam:

30. Item in eodem libro alio loco: "Ut quod per liberum, inquit, homines facere jubentur arbitrium, facilius possint implere per gratiam." Tolle *factius*, et non solum plenus, verum etiam sanus est sensus, si ita dicatur, "Ut quod per liberum homines facere jubentur arbitrium, possint implere per gratiam." Cum autem *factius* additur, adimpletiō boni operis etiam sine Dei gratia posse fieri, tacita significatio, suggeritur. Quam sensum redarguit qui dicit, Sine me nihil potestis facere.

31. Emendet haec omnia, ne si in rerum magnarum profunditate humana eravit infirmitas, etiam diabolica hujus accedit errori, vel fallacia, vel animositas, sive negando quod sentit, sive defendendo, quod perperam sensit, cum id se non debuisse sentire commemorata perspicua veritate cognoverit. Iстам quippe gratiam qua justificamur, id est, qua caritas Dei diffunditur in cordibus nostris per Spiritum-sanctum, qui datus est nobis, in Pelagii et Caelestii scriptis, quaecumque legere potui, nusquam eos inveni, quemadmodum confitenda est, confiteri. Prores nusquam eos adverci, sicut agnoscendi sunt, agnoscere filios promissionis, de quibus dicit Apostolus, Non ii qui filii carnis, hi filii Dei, sed filii promissionis deputantur in semen. Quod enim promittit Deus, non facimus nos per arbitrium seu naturam, sed facit ipse per gratiam.

32. Nam ut de Caelestii opusculis interim taceam, vel libellis ejus, quos iudicis ecclesiasticis allegavit, quas vobis omnia, cum aliis quas necessarias existimavimus litteris,mittenda curavimus, quibus omnibus diligenter inspectis, possitis advertere, non eum ponere Dei gratiam, qua juvamur, vel ad declinandum a malo, vel ad faciendum bonum, praeter naturale arbitrium voluntatis, nisi in lege atque doctrina; ita ut ipsas quoque orationes ad hoc assertar necessarias, ut ostendatur nomini. quid concupiscat et diligit: ut ergo haec interim omitam, nempe ipse Pelagius et litteras nuper et libellum Romam fidei suea misit, scribens ad beatas memoriae papam Innocentium, quem defunctum esse nesciebat. In his ergo litteris dicit, "esse de quibus eum hominem infamare conantur: unum, quod neget parvulis baptismi sacramentum, et absque redemptione Christi aliquibus caelorum regna promittat: aliud, quod ita dicat posse hominem vitare peccatum, ut Dei excludat auxilium, et in tantum libero confidat arbitrio, ut gratiae repudiet adjutorium." Sed de baptismo parvorum, quamvis eis sanguinem esse concedat, quam perverse contra fidem Christianam et catholicam sentiat veritatem, non hic locus est ut diligenter disseramus: nuno enim de adjutorio gratiae quod instituimus peragendum est. Unde ad id quod proposuit, quid etiam hinc respondeat videamus. Ut enim omittamus ejus invidiosas de spūi inimicis querelas, ubi ad rem ventum est, ita locutus est.

33. "Ecce, inquit, apud beatitudinem tuam epistola ista me purget, in qua pure atque simpliciter ad peccandum et ad non peccandum integrum liberum arbitrium habere nos dicimus, quod in omnibus bonis operibus divino adjuvatur semper auxilio." Cernitis itaque, pro intellectu quem vobis Dominus dedit, haec ejus verba solvendas non sufficere questioni. Quærerimus enim adhuc, quo auxilio liberum adjuvari dicat arbitrium, ne forte, sicut solet, velit intelligi legem atque doctrinam. Si enim quaseras

our dix
medita
candu
posuis
omnib
omniab
tianis
respon

34.

merita
commi
ejus is
num."

"In h
Videti
mus.

ideo j
trium,
utuntu
utente
Nemp
quam
primit
trio, et
ergo i
illud, e
fidem.

endam
illud u
pimus,
est, Si
dicitur
Vobis
etiam
quod c
libero
gratuit
non es

35.

torem,
interro
videan
carnis.
minas
menti
celebr
prodes
dicit b
Plus, e
infanta
dixit,
remise
eis cre

cur dixerit, *semper*: poterit respondere, quia dictum est, Et in lege ejus meditabitur die ac nocte. Deinde cum de hominis conditione, et ad peccandum atque non peccandum naturali ejus possibilitate quaedam interposuisse, adjunxit dicens: "Quam liber arbitrii potestatem dicimus in omnibus esse generaliter, in Christianis, Judaeis, atque gentilibus. In omnibus est liberum arbitrium aequaliter per naturam, sed in solis Christianis juvatur a gratia." Iterum quaerimus qua gratia? Et adhuc poterit respondere, lege atque doctrina Christiana.

34. Deinde quamlibet sentiat gratiam; ipsis Christianis secundum merita dari dieit: cum eos qui hoc dicunt, jam in Palaestina, sicut supra commenmoravi, sua illa praeclara purgatione dannaverit. Nam verba ejus ista sunt: "In illis, *inquit*, nudum et inerne est conditionis bonum;" in eis dicit, qui Christiani non sunt. Deinde cetera contexens: "In his vero, *inquit*, qui ad Christum pertinent, Christi munitur auxilio." Videtis adhuc incertum esse quo auxilio, secundum ea quae supra diximus. Sed adhuc sequitur de his qui Christiani non sunt, et dicit: "Illi ideo judicandi atque damnandi sunt, quia cum habeant liberum arbitrium, per quod ad fidem venire possent, et Dei gratiam promoveri, male utuntur libertate concessa. Hi vero remunerandi sunt, qui bene libero utente arbitrio merebunt Domini gratiam, et ejus mandata custodiunt." Nempe manifestum est, eum dicere gratiam secundum merita dari, quamlibet eam, vel qualemlibet significet, quam tamen aperte non exprimit. Nam cum eos remunerandos dicit, qui bene utuntur libero arbitrio, et ideo mereri Domini gratiam, debitum eis reddi fatetur. Ubi est ergo illud Apostoli, Justificati gratis per gratiam ipsius? Ubi est et illud, Gratia salvi facti estis? Et ne putarent per opera, addidit, per fidem. Rursus ne ipsam fidem sine Dei gratia sibi putarent esse tribuendam: Et hoc, *inquit*, non ex vobis, sed Dei donum est. Nempe ergo illud unde incipit omne quod merito accipere dicimur, sine merito accipimus, id est, ipsam fidem. Aut si negatur dari; quid est quod dictum est, Sicut unicuique Deus partitus est measuram fidei? Si autem sic dicitur dari, ut reddatur meritis, non donetur; quid est quod iterum dicit, Vobis donatum est pro Christo, non solum ut eredatis in eum, verum etiam ut patiamini pro eo? Utrumque enim donatum esse testatus est, et quod credit in Christum, et quod patitur quisque pro Christo. Isti autem libero arbitrio sic applicant fidem, ut fidei videlicet reddi videatur, non gratuita, sed debita gratia: ac per hoc jam nec gratia, quia nisi gratuita, non est gratia.

35. Sed ab his litteris Pelagius ad fidei suac librum vult transire lectorum, cuius vobis commemorationem facit: in quo ea de quibus non interrogabatur, multa disseruit. Sed nos de quibus agimus cum illis, ipsa videamus. Cum enim ab unitate Trinitatis usque ad resurrectionem carnis, quod ab illo nemo quarebat, disputationem quamcum voluit terminasset: "Et baptismum, *inquit*, unum tenemus, quod iisdem sacramenti verbis in infantibus, quibue etiam in majoribus, dicimus esse celebrandum." Hoc certe vos et a praesente audisse dixistis: sed quid prodest, quod eisdem verbis in parvulis, quibus et in majoribus, celebrari dicit baptismi sacramentum, cum res a nobis, non sola verba quaerantur? Plus est quod vobis ore proprio interrogantibus respondit uti scribitis, *infantes in remissionem peccatorum percipere baptismum*. Non enim et hic dixit, in verbis remissionis peccatorum; sed eis baptizari in ipsam remissionem confessus est; et tamen si ab eo quaequeretis, quid peccati eis credatur remitti, non eos aliquid habere contendet.

36. Quis crederet; sub hac quasi manifesta confessione sensum latere contrarium, nisi eum Cœlestius aperuisset? Qui in libello suo, quem Romæ gestis ecclesiasticis allegavit, *parvulos et baptizari in remissionem peccatorum confessus est, et negavit ullum habere originale peccatum.* Sed nunc non de baptismate parvolorum, sed de adjutorio gratiae potius, otiam in libello fidei suae, quem Romam misit, quid Pelagius senserit adtendamus. “*Liberum, inquit, sic confitemur arbitrium, ut dicamus nos indigere Dei semper auxilio.*” Ecce iterum quaerimus, quo auxilio nos indigere fateatur: et iterum invinimus ambiguum, quoniam potest respondere, legem se dicere doctrinam Christianam, qua naturalis illa possiblitas adjuvetur. Nos autem illam gratiam in eorum confessione requiriunt, de qua dicit Apostolus, *Non enim dedit nobis Deus spiritum timoris, sed virtutis et caritatis et continentiae.* Non est autem consequens, ut qui habet donum scientiae, quo noverit quid agere debeat, habeat etiam caritatis, ut agat.

37. Illos etiam, quos in eisdem litteris, quas misit ad sanctae memoriae papam Innocentium, libros suis vel scripta commemorat, legi, praeter unam epistolam: quam se brevem misisse ad sanctum Constantium episcopum dicit: nec alicubi potui reperi, hanc eum gratiam constitieri, qua non solum possiblitas naturalis voluntatis et actionis, quam dicit nos habere etiam si nec volumus nec agimus bonum, sed ipsa etiam voluntas et actio subministratio sancti Spiritus adjuvatur.

38. “*Legant, inquit, illam epistolam, quam ad sanctum virum Paulum episcopum ante duodecim tere annos scripsimus, quae trecentis forte versibus nihil aliud quam Dei gratiam et auxilium confitetur, nosque nihil omnino boni facere posse sine Deo.*” Hanc ergo epistolam legi, et inveni eum pene per totum non immunari, nisi in facultate et possibiliitate naturae, et pene ibi tantum Dei gratiam constituere: Christianam vero gratiam tanta brevitate sola nominis commemoratione perstringit, ut nihil aliud videatur, quam eam tacere timuisse. Utrum tamen eum in remissione peccatorum velit intelligi, an etiam in doctrine Christi, ubi est et conversatione ejus exemplum, quod aliquot snorum opusculorum locis facit, an credat aliquod adjutoriorum bene agendi adjunctum naturae atque doctrine per inspirationem flagrantissimæ et luminosissimæ caritatis; non appareat omnino.

39. “*Legant etiam, inquit, ad sanctum Constantium episcopum, ubi breviter quidem, sed plane libero hominis arbitrio Dei gratiam auxiliumque conjunxi.*” Hanc epistolam, ut superius dixi, non legi: sed si non est dissimilia ceteris, que mihi nota commemorat, non habet etiam ipsa quod quaerimus.

40. “*Legant etiam, inquit, quam ad sacram Christi virginem Demetriadem in Oriente conscripsimus, et invenient nos ita hominis laudare naturam, ut Dei semper gratiae addamus auxiliūm.*” Istan sane legi, mihique pene persuaserat, hanc illum gratiam, de qua quaestio est, confiteri: quoniam in multis ejus opusculi locis sibi ipse contradicere videatur: sed cum in manus meas et alia venissent, quae posterius latiusque conscripsit; vidi quemadmodum potuerit etiam illic gratiam nominare, sub ambigua generalitate quid sentiret abscondens, gratiae tamē vocabulo frangens invidiam, offenditionemque declinans. Nam in ipsius principio, ubi ait, “*Proposito insudemas operi, nec mediocriterati diffidamus ingenii, quod credimus fide matris et merito virginis adjuvari.*” gratiam qua adjuvamur ad aliquid agendum, milia visus fuerat confiteri, nec adtenderam hanc eum ponere potuisse in sola revelatione doctrinae.

41. homin
possess
divinac
tam, re
libro s
dam r
vero di
42. ut dixi
quidam
adve
gratia
atque
inelon
modum
et in e
et dici
catum
Et quo
instan
et gna
adverte
bonum
Christi
fuerit
habue
43. libro,
disputa
ago: e
meae,
quod t
et sub
consec
bonum
sona o
lege p
per Cr
dimitu
rum e
intellie
scuti l
candi
Script
virtuti
quam
Apos
mortis
iate o
quid a
ambig
44.

um latero
ano, quem
missionem
tum. Sed
ae potiue,
s senserit
et dicamus
no auxilio
am potest
aturalis illa
confessione
s spiritum
em conse
e debeat,
ne memo
rat, legi,
Consti
tiam con
nis, quam
sed ipsa
ur.
um Pauli
trecentis
ur, nosque
m legi, et
possibili
christianam
tringit, ut
in eam in
christi, ubi
sculorum
m naturae
mae cari
pum, ubi
auxiliu
sed si non
etiam ipsa
m Deme
s laudare
sane legi,
est, con
dere vide
latiusque
nominare,
nen voca
s prin
litudamus
' gratiam
nec adten

41. Item in eodem opere alio loco: "Quod si etiam sine Deo, inquit, homines ostendunt, quales a Deo facti sunt; vide quid Christiani facere possint, quorum in melius per Christum instaurata natura est, et qui divinae quoque gratiae juvant auxilio." Naturam in melius instauratam, remissionem vult intelligi peccatorum: quod alio loco in hoc ipso libro satış demonstravit ibi, ait, "Etiam illi qui longo peccandi usu quodam modo obdurare, instaurari per poenitentiam possunt? Auxilium vero divinae gratiae potest et hic ponere in revelatione doctrinae.

42. Item alibi in eadem epistola: "Nam si etiam nate legem, inquit, ut diximus; ac multo ante Domini nostri ei Salvatoris adventum, juste quidam et sancte vixisse referuntur: quanto magis post illustrationem aduentus ejus nos id posse credendum est, qui instaurati per Christi gratiam et in meliorem hominem renati sumus, qui sanguine ojus expiati atque mundati, ipsiusque exemplo ad perfectionem incitati justitiae, meliores illis esse debemus, qui ante legem fuere." Vide quemadmodum et hic alibi quidem verbis, sed tamen in remissione peccatorum et in exemplo Christi adjutoriorum gratiae constituerit. Deinde subiungit et dicit, "Meliores etiam quam fuerunt sub lege, dicente Apostolo, Peccatum vobis non dominabitur; non enim sp̄s lego estis, sed sub gratia. Et quoniam hinc, inquit, sufficienter, ut puta, diximus, nunc perfectam instituimus virginem, quia ex utroque semper accessa, et naturae simil et gratiae bonum morum sanctitate testetur." Et in his verbis debetis advertere, ideo illam quod dicebat, sic voluisse concludere, ut naturae bonum intelligamus, quod cum crearemur accepimus; gratiae autem, cum Christi intuens exemplum: tamquam ideo peccatum non indulsum fuerit eis qui sub lege fuerunt vel sunt, quia Exemplum Christi sive non habuerunt, sive non creditur.

43. Hoc autem istum sapere, et alia ejus verba ostendunt, non in hoc libro, sed in tertio pro libero arbitrio, ubi ad eum loquens contra quem disputat, quoniam ille posuerat verba Apostoli dicentis, Non quod volo ago: et, Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae, et cetera quae ibi dicuntur; iste respondit, itaque ait, "Hoc enim quod ta de Apostolo intellige cupis, omnes ecclesiastici viri in peccatoris et sub lege adhuc positi usserunt enim dixisse persona, qui nimia vitiiorum consuetudino velut quadam teneretur necessitate peccandi, et quamvis bonum appetere voluntate, usu tamen praecipitaretur in malum. In persona utem, inquit, hominis unius, designat populum sub vetere adhuc lege peccantem; quem ab hoc consuetudinis malo dicit liberaendum esse per Christum, qui credentibus sibi primo omnia per baptismum peccata dimittit, deinde imitatione sui ad perfectam incitat sanitatem, et virtutum consuetudinem virtutem vincit exemplum." Ecce quomodo vult intelligi adjuvari eos, qui sub lege peccant, ut per gratiam Christi justificati liberentur, tamquam eis non sufficiat sola lex, propter nimiam peccandi consuetudinem, nisi Christi accedat, non inspiratio caritatis per Scriptum-sanctum, sed intuendum et imitandum in doctrina evangelica virtutis ejus exemplum. Et certe maximus hic erat caussa exprimendi, quam diceret gratiam, ubi locum ipsum de quo respondet, sic conclusit Apostolus, ut diceret Insperatus: ego hinc quis me liberabit de corpore mortis hujus? Gratia Dei per Jesum Christum, Dominum nostrum. Hanc iuste cum constitut, non in virtutis ejus amissione, sed imitationis exemplo, quid amplius de illo sperare debemus, inquitque gratiae nomen sub ambigua generalitate commemorat?

44. Item in eodem libro ad virginem sacram, unde jam etiam supra

disserrimus, ubi ait, "Subditi simus Deo, ejusque faciendo voluntatem, divinam mereamur gratiam, et facilius nequam spiritum, nonotis Spiritus auxilio, resistamus. In quibus ejus verbis certe manifestum est, ita eum velle nos adjuvari gratia Spiritus-sancti, non quis sine illo otiam per solam naturae possibilitatem non possumus resistere tentatori, sed ut facilis resistamus." Quod tamen qualemcumque et quantulumcumque adiutorium, eum credibile est in hoo constituere, quod nobis additur scientia revelante Spiritu per doctrinam, quam vel non possumus vel difficile habere possumus per naturam. Ista sunt quae in libro, quem scripsit ad virginem Christi, advertere potui, ubi videtur gratiam confiteri: quae profecto qualia sint, utique cernitis.

45. "Legant, inquit, etiam recens meum opuscolum, quod pro libero nuper arbitrio edere compulsi sumus; et agnoscant quam inique nos negatione gratiae intamare gestierint, qui per totum penit ipsius textum operia perfecte atque integre et liberum arbitrium confiterim et gratiam." Quatuor sunt libri operis hujus, et hos legi, et ex illis sumsi quae tractanda et discutienda proposui, et ut potius retractavi, ante quam ad ejus haec litteras, quae Roman missas sunt, veniremus. Sed in his etiam quatuor libris quacumque pro gratia videtur dicere, qua juvatur ut declinatur a malo bonumque faciamus, ita dicit, ut nullo modo a verborum argumento discedat, quam discipulis sic possit exponere, ut nullum argumentum gratiae credant, qua naturae possibilis adjuvetur, nisi in lege et doctrina: ita ut ipsa quoque orationes, ut in scriptis suis apertissime affirmat, ad nihil aliud adhibendis opinetur, nisi ut nobis doctrina etiam divina revelatione aperitur, non ut adjuvetur mens hominis, ut id quod faciendum esse didicerit, etiam dilectiones et actiones perticiat. Ab illo enim suo manifestissimo dogmate non recedit omnino, ubi tria illa constituit, possibilitem, voluntatem, actionem: et solam possibilitem dicit divini adjuvari semper auxilio; voluntatem autem et actionem nullo Dei adiutorio existimat indigere. Ipsum vero auxilium, quo possibiliter naturalem perhibet adjuvari, in lege constituit atque doctrina, quam nobis fatetur etiam sancto Spiritu revelari, propter quod et orandum esse concedit. Sed hoc adiutorium legis atque doctrinae etiam propheticis fuisse temporibus: adiutorium autem gratiae, quae proprio gratia nuncupatur, in Christi esse arbitratur exemplo: quod nihil minus ad doctrinam pertinero perspicitis, quae nobis evangelica praedicatur: ut videlicet tamquam via demonstrata, que ambulare debeamus, jam viribus liberi arbitrii, adiutorio nullo alterius indigentes, butificiamus nobis, ne deficiamus in via: quamvis et ipsam viam contendat etiam sola inventiri posse natura, sed facilis, si adjuvet gratia.

46. Haec ergo pro meo caput intelligere potui in Pelagii scriptis, quando nominat gratiam. Videatis autem, quod qui ista continent, ignorantes Dei justitiam, suam volunt constituerent, et lenge ab illa suut, quae nobis ex Deo est, non ex nobis, quam in scripturis maxime sanctis canoniois advertere atque agnoscere debuerunt. Sed quia eas secundum suum sensum legunt, profecto in illis nec aperte contuerunt. Utinam ergo saltem in catholicorum virorum scriptis, a quibus eas recte intellectas esse non dubitant, quid sit de adiutorio divinae gratiae sentiendum, non negligenter adtenderent, nec sua sententiae amere nimio praeterirent. Nam iste ~~Pelagius~~ Pelagius in illo ipso recenti opusculo suo, cuius se commemoratione defendit, id est, in tertio libro pro liberio arbitrio, sanctum Ambrosium quemadmodum laudet, accipito.

47. "Beatus, inquit, Ambrosius episcopus, in cuius praecepsis libris

Roman
enituit,
quidem
laudib
ritati se
menda
prober
agitur
vivendi

48. A
in sec
Domin
Domin
Domin
manduc
modum
incipi
quam i
de duol
nes, in
diagram
tamen
tor etia
1

49. I
Domin
libro be
lavant.
non tenu
quia ad
ille am
Jesum
tolum v
sedente
rum ne
oculis e
scriptus
est, in
cor tet
iuniorum.
nibus n

50. I
inquit,
daiizab
Ergo di
tantiam
conturb
cujus d
non de
mergi l

51. A
ris dice


Romana elucet fides, qui scriptorum erit, ita cum etiam per se adjuvatur scientia difficultate scripto adiutorio: quae
 pro libero iisque nos us textum et gratias tamen per se adjuvatur scientia difficultate scripto adiutorio: quae
 inquit, cuius fidem et purissimum in quidem ausus est reprehendere." Iudicibus, quemlibet sanctum et doctum virum tam auctoritati scripturae canonicae comparandum commendat, quia videtur sibi in quodam loco probet hominem posse esse sine peccato: non agitur, sed agitur de auxilio gratiae, quo ad non peccandum vivendum.

48. Audiat ergo illum venerabilem antistitem dicentem et docentem in secundo libro expositionis Evangelii secundum Lucum, cooperari Dominum etiam voluntatibus nostris. "Vides itaque, inquit, quia ubique Domini virtus studiis cooperatur humanis; ut nemo possit aedificare sine Domino, nemo custodire sine Domino. Et ideo juxta Apostolum, Sive manduca, sive bibitis, omnia in Dei gloriam facite." Videtis quemadmodum sanctus Ambrosius etiam illud quod solent homines dicere, Nos incipimus, et Deus perficit, his verbis abstulit, dicens, "Neminem quidquam vel incipere sine Deo." Item in sexto libro ejusdem operis, cum de duobus illis foeneratoris unius debitoribus ageret: "Secundum homines, inquit, plus fortasse offlendit, qui plus debuerat: sed per misericordiam Domini caussa mutator, ut amplius diligit, qui amplius debuit, si tamen gratiam consequatur." Ecce apertissime praedicat catholicius doctor etiam ipsam dilectionem, qua quisque amplius diligit, ad beneficium gratia pertinere.

49. Ipsam denique paenitentiam, quam procul dubio voluntas agit, Domini misericordia et adjutorio fieri ut agatur, in nono ejusdem operis libro beatus dicit Ambrosius, ita loquens: "Bonae lacrymae, quae culpam lavant. Denique quos Jesus respicit, plorant. Negavit primo Petrus, et non levit, quia non respercerat Dominus: negavit secundo, non levit, quia adhuc non respercerat Dominus: negavit et tertio, resperxit Jesus, et ille amarissime levit." Legant isti Evangelium, et videant Dominum Iesum tunc intus fuisse, cum a sacerdorum principibus audiretur: apostolum vero Potrum sortis et deorsum in atrio cum servis ad focum nunc sedentem, nunc stantem, sicut veracissima et concordissima Evangelistarum narratione monstratur. Unde non potest dici, quod corporalibus oculis eum Dominus visibiliter admoneendo respercerit. Et ideo quod ibi scriptum est, Resperxit eum Dominus: intus actum est, in mente actum est, in voluntate actum est. Misericordia Dominus latenter subvenit, cor tetigit, memoriam revocavit, interiori gratia sua visitavit Petrum, interioris hominis usque ad exteiiores lacrymas movit et produxit affectionem. Ecce quemadmodum Deus adjuvando adest voluntatibus et actionibus nostris: ecce quemadmodum et vello et operari operatur in nobis.

50. Item in eodem libro idem sanctus Ambrosius, "Nain si Petrus, inquit, lapsus est, qui dixit, Et si alii scandalizati fuerint, ego non scandalizabor: quis alius jure de se praesumat? Denique David quia dixerat, Ergo dixi in mea abundantia, non movebor in aeternum: suam sibi jactantiam obfusso profiteretur, dicens, Avertisti faciem tuam, et factus sum conturbatus." Audiat iste tantum virum docentem, imitetur credentem, cuius doctrinam fidemque laudavit. Audiat humilietur, imitetur fideliter: non de se pertinacitor praesumat, ne pereat. Quid in eo pelago vult mergi Pelagiis, unde per petram liberatus est Petrus?

51. Audiat eudem antistitem Dei in sexto itidem libro ejusdem operis dicentem, "Cur autem non receperint eum, Evangelista ipse memo-





ravit, dicens, Quia facies ejus erat euntis in Jerusalem. Discipuli autem recipi intra Samariam gestiebant. Sed Deus quos dignatur vocat, et quem vult religiosum facit." O sensum hominis Dei, ex ipso haustum fonte gratiae Dei! "Deus, inquit, quos dignatur vocat, et quem vult religiosum facit." Videte si non illud est propheticum: Miserebor cuius misertus ero, et misericordiam praestabo cui misericors fuero. Et illud apostolicum: Igitur non volentis neque currentis, sed miserentis Dei. Quia ut dicit etiam nostrum temporum homo ejus, "Quem dignatur vocat, et quem vult religiosum facit." Numquid aliquis dicere audebit, nondum esse religiosum, "qui currit ad Dominum, et ab eo se regi cupit, et voluntatem suam ex ejus voluntate suspendit, et qui ei adhaerendo jugiter unus, secundum Apostolum, cum eo fit spiritus?" At hoc totum tam magnum religiosi hominis opus, Pelagius non dicit effici arbitrii libertate. Contra autem beatus Ambrosius ipsius tam excellenter ore laudatus, "Dominus Deus, inquit, quem dignatur vocat, et quem vult religiosum facit." Ergo ut currat ad Dominum, et ab eo se regi cupiat, quamquam voluntatem ex ejus voluntate suspendat, eique adhaerendo jugiter unus, secundum Apostolum, cum eo fiat spiritus, Deus quem vult religiosum facit: et hoc totum honio nisi religiosus non faciat. Quapropter nisi a Deo fint, ut hoc faciat, quis hoc facit?

52. Sed quia ista quaestio, ubi de arbitrio voluntatis et Dei gratia disputatur, ita est ad discernendum difficile, ut quando defenditur liberum arbitrium, negari Dei gratia videatur; quando autem assurit Dei gratia, liberum arbitrium putetur auferri: potest Pelagius ita se latebris obscuritatibus huius involvere, ut etiam iis quae a sancto Ambrosio conscripta posuimus, consentire se dicat; et ea se quoque sentire proclamat, semperque sensisse; atque ita singula conetur exponere, ut etiam ejus sententiae convenire credantur. Quapropter quantum adtinet ad istam de divina gratia ad adjutorio quaestionem, tria illa quae apertissime distinxit adtendite, posse, velle, esse, id est, possibilitatem, voluntatem, actionem. Si ergo consenserit nobis, non solam possibilitatem in homine, etiam si nec velit, nec uget bene, sed ipsam quoque voluntatem et actionem, id est, ut bene velimus et bene agamus, quae non sunt in homine, nisi quando bene vult et bene agit: si, ut dixi, consenserit, etiam ipsam voluntatem et actionem divinitus adjuvari, et sic adjuvari, ut sine illa adjutorio nihil bene velimus et agamus, eamque esse gratiam Dei per Jesum Christum Dominum nostrum, in qua nos sua non nostra justitia justos facit, ut ea sit vera nostra justitia, quae nobis ab illo est; nihil de adjutorio gratiae Dei, quantum arbitror, inter nos controversiae relinqueretur.

53. Illud autem propter quod sic laudavit sanctum Ambrosium, quia scilicet in scriptis ejus inventis ex lapidibus Zacharia et Elizabet, posse hominem in hac vita esse sine peccato: quamquam negandum non sit, si hoc velit Deus, apud quem sunt omnia possibilia, consideret tamen diligenter, quemadmodum dictum sit. Dictum enim est, quantum mihi videtur, secundum quamdam inter homines conversationem probabilem atque laudabilem, quam nullus hominum juste posset in accusationis et criminationis querelam vocare. Quam propterea in Dei conspectu Zacharias et ejus uxor habuisse referuntur, quia in ea homines nulla dissimulatione falebant, sed ut apparebant hominibus, ita noti erant oculis Dei. Non autem dictum est hoc secundum illam perfectionem justitiae, in qua vere atque omni modo immaculati perfectique vivemus. Nam et apostolus Paulus dixit, secundum justitiam quae ex lege est, se fuisse

sine q
sed ha
compar
deben
quame
54.
Isaian
Ubi n
hujus
nostra
"Perf
sitos,
Quia i
facie
et cog
erunt i
nemo
moniu
anodin
aut ce
atque
existim
55.
testime
ab init
illam i
peccat
testatu
sed no
do natu
homini
cui so
divina
quo I
dilexit
deinceps
quod J
omnes
rium v

uli autem
vocat, et
haustum
quem vult
ebor cuius
Et illud
ntis Dei.
dignatur
audebit,
egi cupit,
haerendo
loc totum
i arbitrii
enter ore
quem vult
gi cupiat,
haerendo
quem vult
ua propter

ratia dis-
nitur libe-
ritur Dei
e latebris
osio con-
oclamet,
am ejus
ad istam
ime dis-
untatem,
homine,
et actio-
homine,
m ipsam
illa ad-
Dei per
a justitia
nihil de
relin-

um, quia
et, posse
non sit,
et tamen
umq[ue]hi
babilem
tionis et
ectu Za-
la dissi-
at oculis
justitiae,
Nam et
se fuisse

sine querela; in qua lege etiam Zacharias sine querela conversabatur: sed hanc Apostolus justitiam in stercoribus et detrimentis deputavit, in comparatione justitiae quam speramus, et quam nunc esurire ac sitire debemus, ut ea quandoque satremur in specie, quae nunc est in fide, quamdiu justus ex fide vivit.

54. Audiat denique ipsum venerabilem antistitem, cum exponeret Isaiam prophetam, dicentem, *neminem in hoc mundo esse posse sine peccato.* Ubi nemo potest dicere, *in hoc mundo* eum dixisse velut in dilectione hujus mundi. De Apostolo etenim loquebatur, qui dixit, Conversatio nostra in caelis est. Hunc ergo sensum in memoratus episcopus explicans: "Perfectos, *inquit*, secum multos ait Apostolus in hoc adhuc mundo sitos, qui si ad perfectionem veram respicias, perfecti esse non poterant. Quia ipse dixit, Videmus nunc per speculum in aenigmate, tunc autem facie ad faciem: nunc cognoscimus ex parte, tunc autem cognoscemus sicut et cognitus sumus. Ita et immaculati sunt in hoc mundo, et immaculati erunt in regno Dei: cum utique, si minutius executias, immaculatus esse nemo possit, quia nemo sine peccato." Illud ergo sancti Ambrosii testimonium, quo pro sua sententia Pelagius utitur, aut secundum quemdam modum dictum est, probabilem quidem, sed non minutius excussum: aut certe si ille vir sanctus atque humilis Zachariam et Elizabet summam atque omni modo perfectae justitiae, cui nihil addi jam posset, fuisse existimat, profecto sententiam suam minutius executiendo correxit.

55. Attendat sane iste in eodem ipso loco, unde hoc Ambrosianum testimonium, quod ei placebat, assumis, etiam illud eum dixisse, quod *ab initio esse immaculatum, humanae impossibile sit naturae*: ubi omnino illam naturalem possibilitatem, quam Pelagius non vult fideliter respicere peccato esse virtutem, et ideo jactantem extollit, enervam infirmamque testatur venerandus Ambrosius: procul dubio contra istius voluntatem, sed non contra apostolicam veritatem, ubi legitur, Fuiimus et nos aliquando natura filii irae, sicut et ceteri. Ipsa est enim per peccatum primi hominis, quod ex libero ejus venit arbitrio, virtuta et damnata natura; cui sola per Mediátorem Dei et hominam et omnipotentem medicum divina subvenit gratia. De eius adjutorio ad justificationem nostram, quo Deus diligentibus eum omnia cooperatur in bonum, quod prior dilexit, donans eis ut diligetur ab eis, quia jam diu est ut discernimus: deinceps incipiamus, quantum Dominus adjuverit, etiam de peccato, quod per unum hominem cum morte intravit in mundum, atque ita in omnes homines pertransiit, adversus istos, qui in errorem huic contrarium veritati apertius eruperunt, quae satis esse videbuntur exprimere.

vident.
jocundi
men et
ciem ar
habean
veritati
seipsur
sanctua
studio
commo
dit ad
que pe
usque i

Sed
dissere
igitur
legerit,
dumtax
fide ve
losis m
sanam
licarum
quae A
bit igit
accipi
piunt:
plures
Ecclesi
haberi,
ritatis e

Totu
sandam
Exodo
Judicium
cipium
pomene
gentibus
que ord
huic on
Ester,
subseq
Paralip
Psalmi
Ecclesi
siastic
nam Je
quoniam
sunt.
decim
sejunct
Osee, J
nias, A
majorum

SENTENTIÆ QUÆDAM.

EX LIBRIS,

DE DOCTRINA CHRISTIANA.

Ante omnia igitur opus est Dei Timore converti ad cognoscendam ejus voluntatem, quid nobis appetendum fugiendumque prædicti. Timor autem iste, cogitationem de nostra mortalitate et de futura morte necesse est incutiat, et quasi clavatis carnibus omnes superbiae motus ligno crucis affigat. Deinde mitescere opus est Pietate, neque contradicere divinae Scripturæ sive intellectæ, si aliqua vitia nostra perculit, sive non intellectæ, quasi nos melius sapere meliusque præcipere possimus; sed cogitare potius et credere id esse melius et verius quod ibi scriptum est, etiam si lateat, quam id quod nos per nosmet ipsos sapere possumus.

Post istos duos gradus timoris arque pietatis ad tertium venitur Scientiae gradum, de quo nunc agere institui. Nam in eo se exercet omnis divinarum Scripturarum studiosus, nihil in eis aliud inventurus quam diligendum esse Deum propter Deum, et proximum propter Deum: et illum quidem ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente credere; proximum vero tamquam seipsum, id est ut tota proximi, sicut et in nostri, dilectione referatur in Deum. De quibus duobus præceptis, cum de rebus ageremus, libro superiori tractavimus. Necesse est ergo, ut primo se quisque in Scripturis inveniat amore hujus saeculi, hoc est temporalium rerum implicatum, longe sejunctum esse a tanto amore Dei et tanto amore proximi, quantum Scriptura ipsa prescribit. Tum vero ille timor quo cogitat de judicio Dei, et illa pietas qua non potest nisi credere et cedere auctoritati sanctorum liborum, cogit eum seipsum lugere. Nam ista scientia bona spei hominem non se jactantem, sed lamentantem facit: quo affectu impetrat sedulus precibus consolationem divini adjutorii, ne desperatione frangatur, et esse incipit in quarto gradu, hoc est Fortitudinis, quo esuritur et sititur justitia. Hoc enim affectu ab omni mortifera jocunditate rerum transeuntium sese extrahit, et inde se avertens convertit ad dilectionem aeternorum, incommutabilem scilicet unitatem eamdemque Trinitatem.

Quam ubi adspexerit, quantum potest, in longinqua radiantem, suique adspactus infirmitatem sustinere se illam lucem non posse persenserit, in quanto gradu, hoc est in Consilio misericordiae purgat animam in tumultuante quadammodo atque obstrepetem sibi de appetitu inferiorum conceptis sordibus. Hic vero se in dilectione proximi gnaviter exercet, in eaque perficitur, et spe jam plenus atque integer viribus, cum pervenerit usque ad inimici dilectionem, descendit in sextum gradum, ubi jam ipsum oculum purgat, quo videri Deus potest, quantum potest ab iis, qui huic saeculo moriuntur quantum possunt. Nam in tantum vident, in quantum moriuntur huic saeculo; in quantum autem huic vivunt, non

vident. Et ideo quamvis jam certior, et non solum tolerabilius, sed etiam jocundior species lucis illius incipiat apparere; in aenigmato adhuc tamen et per speculum videri dicitur, quia magis per fidem quam per speciem ambulatur, cum in hac vita peregrinamur, quamvis conversationem habeamus in caelis. In hoc autem gradu ita purgat oculum cordis, ut veritati no ipsum quidem praeferat aut conferat proximum; ergo nec seipsum, quia nec illum quem diligit sicut seipsum. Erit ergo iste sanctus tam simplici corde arque mundato, ut neque hominibus placendi studio detorqueatur a vero, nec respectu devitandorum quorumblibet incommodorum suorum, quae adversantur buio vitac. Talis filius adscendit ad Sapientiam, quae ultima et septima est, qua pacatus tranquillusque perficitur. Initium enim sapientiae timor Domini. Ab illo enim usque ad ipsam per hos gradus tenditur, et venitur.

Sed nos ad tertium illum gradum considerationem referamus, de quo disserere quod Dominus suggesterit, atque tractare instituimus. Erit igitur divinarum Scripturarum sollertiaissimus indagator, qui primo totas legerit, notasque habuerit, et si nondum intellectu, jam tamen lectione, dumtaxat eas quae appellantur Canonicae. Nam ceteras securius leget fide veritatis instructus, ne praeoccupent imbecillem animum, et periculosis mendaciis atque phantasmatis eludentes praejudicent aliquid contra sanam intelligentiam. In canoniciis autem Scripturis Ecclesiarum catholicarum quampplurim auctoritatem sequatur, inter quas sane illae sint, quae Apostolicas Sedes habere et Epistolas accipere meruerunt. Tenebit igitur hunc modum in Scripturis canoniciis, ut eas quae ab omnibus accipiuntur Ecclesiis catholicis, praeponat eis quas quaedam non accipiunt: in eis vero quae non accipiuntur ab omnibus, praeponat eas quas plures gravioresque accipiunt, eis quas pauciores minorisque auctoritatis Ecclesiae tenent. Si autem alias invenerit a pluribus, alias a gravioribus haberi, quamquam hoc facile invenire non possit, aequalis tamen auctoritas eas habendas puto.

Totus autem canon Scripturarum, in quo istam considerationem versandam dicimus, his libris continetur: Quinque Moyseos, id est Genesi, Exodo, Levitico, Numeris, Deuteronomio; et uno libro Iesu Nave, uno Judicum, uno libello qui appellatur Rutu, qui magis ad Regnorum principium videtur pertinere; deinde quatuor Regnorum, et duobus Paralipomenon, non consequentibus, sed quasi a latere adjunctis simulque gentibus. Haec est historia, quae sibimet annexa tempora continet, atque ordinem rerum: sunt aliae tamquam ex diverso ordine, quae neque huic ordini, neque inter se connectuntur, sicut est Job, et Tobias, et Ester, et Judith, et Machabaeorum libri duo, et Esdrae duo, qui magis subsequi videntur ordinatum illam historiam usque ad Regnorum vel Paralipomenon terminatam: deinde Prophetae, in quibus David unus liber Psalmorum; et Salomonis tres, Proverbiorum, Cantica canticorum, et Ecclesiastes. Nam illi duo libri, unus qui Sapientia, et alias qui Ecclesiasticus inscribuntur, de quadam similitudine Salomonis esse dicuntur: nam Jesus Sirach eos conscripsisse constantissime perhibetur, qui tamen quoniama in auctoritatem recipi meruerunt, inter propheticos numerandi sunt. Reliqui sunt eorum libri, qui proprie Prophetae appellantur, duodecim Prophetarum libri singuli, qui connexi sibimet, quoniama numquam sejuncti sunt, pro uno habentur: quorum Prophetarum nomina sunt haec, Osee, Joel, Amos, Abdias, Jonas, Michaeas, Nahum, Habacuc, Sophonias, Aggaeus, Zacharias, Malachias: deinde quatuor Prophetae sunt majorum voluminum, Isaias, Jeremias, Daniel, Ezechiel. His quadra-

ginta quatuor libris; Testamenti veteris terminatur auctoritas: Novi au-
tem, quatuor libri Evangelii, secundum Matthaeum, secundum Mar-
cum, secundum Lucam, secundum Johannem: quatuordecim Epistolis
Pauli apostoli, ad Romanos, ad Corinthios duabus, ad Galatas, ad Ephesi-
cos, ad Philippenses, ad Thessalonicenses duabus, ad Colossenses, ad
Timothaeum duabus, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebraeos, Petri duab-
us; tribus Iohannis; una Iudas, et una Jacobi; Actibus Apostolorum
libro uno, et Apocalypsi Iohannis libro uno.

In his omnibus libris timentes Deum et pietare mansueti, quererunt
voluntatem Dei. Cujus operis et laboris prima observatio est, ut diximus,
nosce istos libros, et si nondum ad intellectum, legendo tamen vel man-
dare memoriae, vel omnino incognitos non habere. Deinde illa quae in
eis aperte posita sunt, vel praecepta vivendi, vel regulae erendendi, sol-
lertius diligentiusque investiganda sunt: quae tanto quisque plura inve-
nit, quanto est intelligentiae capacior.

Quāmobrem videtur mihi studiosis et ingeniosis adolescentibus, et ti-
mentibus Deum, bentamque vitam quaerentibus, salubriter praecepit, ut
nullas doctrinas quae præter Ecclesias Christi exercentur, tamquam ad
beatam vitam capessendam secure sequi audent, sed eas sobrie diligen-
terque dijudicent: et si quas invenerint ab hominibus institutas varias
propter diversam voluntatem instituentium, et ignotas propter suspiciones
errantium, maxime si habent etiam cum daemonibus initam societatem
per quarundam significationum quasi quaedam pastæ atque conventa,
repudient penitus et detestentur; alienent etiam studium a superfluis et
luxuriosis hominum institutis. Illa vero instituta hominum, quae ad so-
ciatatem convivientium valent, pro ipsa hujus vitae necessitate non negli-
gent. In ceteris autem doctrinis, quæ apud gentes inveniuntur, præter
historiam rerum, vel præteritum temporis vel praesentis, ad sensus corporis
pertinentium, quibus etiam utilium artium corporalium experimenta et
conjecturae annumerantur, et præter rationem disputationis et numeri, nihil
utile esse arbitror. In quibus omnibus tenendum est, **NE QUID NI-
MIS:** et maxime in iis quae ad corporis sensus pertinentia, volvuntur tem-
poribus, et continentur locis.

Sicut autem quidam de verbis omnibus et nominibus Hebreis, et Syris,
et Aegyptiis, vel si qua alia lingua in Scripturis sanctis inveniri potest,
quæ in eis fine interpretatione sunt posita, fecerunt, ut ea separatim in-
terpretarentur; et quod Eusebius fecit de temporum historia propter divi-
norum librorum quaestiones, quae usum ejus flagitant: quod ergo hi
fecerunt de his rebus, ut non sit necesse Christiano in multis propter
pauca laborare; sic video posse fieri, si quem eorum qui possunt, benig-
nam sane operam fraternalis utilitati delectet impendere, ut quoscumque
terrarum locos, quæ animalia vel herbas atque arbores, sive lapides vel
metalla incognita, speciesque quaslibet Scriptura commemorat, ea gen-
eratim digerens, sola expositi litteris mander. Potest etiam de numeris
fieri, ut eorum tantummodo numerorum exposta ratio conscribatur, quos
divina Scriptura meminit: Quorum aliqua aut omnia forte jam facta sunt,
sicut multa quae a bonis doctisque Christianis elaborata atque conscripta
non arbitrabamur, invenimus; sed sive propter turbas negligentium, sive
propter invidorum occultationes latent. Quod utrum de ratione disputa-
undi fieri possit, ignoro: et videtur mihi non posse, quia per totum tex-
tum Scripturarum colligata est nervorum vice; et ideo magis ad ambigua
solvenda et explicanda, de quibus post loquemur, legentes adjuvat, quam
ad incognita signa de quibus nunc agimus cognoscenda.

Novi autem Marci Epistolis ad Ephesenses, ad Petri duas postolorum quae sunt, et diximus, vel manus laequeas in tendi, solidae inventae, et tunc aeeipi, ut tamquam ad socios diligenter, et varia suspiciones societatem conventam, perfluis et nrae ad so- non negligi- un, praeter corporis eximenta et numeri, Quid NI- tantur tem- s, et Syris, iri potest, paratim in- ppter divi- ergo hi- is propter benig- nus, oscumque apides vel ea gen- e numeris atur, quos facta sunt, conscripta- tium, sive dispu- totum tex- d ambigua- vat, quam

Philosophi autem qui vocantur, si quia forte vera et fidei nostrae accommodata dixerunt, maximo Platonicis, non solum formidanda non sunt, sed ab eis etiam tamquam injustis possessoribus in usum nostrum vindicanda. Sicut enim Aegyptii non solum idola habebant et onera gravia quae populus Israel detestaretur et fugeret, sed etiam vasorum atque ornamenta de auro et argento, et vestem, quae ille populus exiens de Aegypto, sibi potius tamquam ad usum meliorum clauculo vindicavit, non auctoritate propria, sed praecepto Dei, ipsis Aegyptiis nescienter commodantibus ea, quibus non bene utebantur: sic doctrinae omnes gentilium non solum simulata et superstitiosa figurae graves quo surcinis supervacanei laboris habent, quao unusquisque nostrum duce Christo de societate gentilium exiens, debet abominari atque devitare; sed etiam liberales disciplinas usi veritatis aptiores, et quaedam morum praecepta utilissima continent, deque ipso uno Deo colendo non-nulla vera inveniuntur apud eos, quod eorum tamquam aurum et argentinum, quod non ipsi instituerunt, sed de quibusdam quasi metallis divinae providentiae, quae ubique infusa est, erunt, et quo perverse atque injuriose ad obsequia daemonum abutuntur, cum ab eorum misera societate esse animo separat, debet ab eis afferro Christianus ad usum iustum praedicandi Evangelii. Vestem quoque illorum, id est hominum quidem instituta, sed tamen accommodata humanae societati, qua in haec vita carere non possumus, accipere atque habere lieuerit in usum converteenda Christianum.

Nam quid aliud fecerunt multi boni fideles nostri? Nonne adspicimus quanto auro et argento et ueste suffarcentias exierit de Aegypto Cyprianus doctor snavissimus et martyr beatissimus? quanto Lactantius? quanto Victorinus, Optatus, Hilarius, ut de vivis taceam; quanto innumerabiles Graeci? Quod prior ipse fidelissimus Dei famulus Moises fecerat, de quo scriptum est, quod eruditus fuerit omni sapientia Aegyptiorum. Quibus omnibus viris superstitionis gentium consuetudo, et maxime illis temporibus, cum Christi recutiens jugum Christianos persecutus, disciplinas suas utiles habebat, munquam commendaret, si eas in usum collendi unius Dei, quo vanus idolorum cultus excinderetur, conversum iuri suspicaretur: sed dederunt aurum et argentum et uestem suam exenti populo Dei de Aegypto, nescientes quemadmodum illa quae dabant, in Christi obsequium cederent. Illud enim in Exodo factum, sine dubio figuratum est, ut hoc praesignaret, quod sine prejudicio alterius, aut patris aut melioris intelligentiae dixerim.

Sed hoc modo instructus divinarum Scripturarum studiosus, cum ad eas perscrutandas accedere coopererit, illud apostolicum cogitare non cesset, *Scientia inflat, caritas aeditcat.* Ita enim sentiet, quamvis de Aegypto dives exeat, tamen nisi Pascha egerit, salvum se esse non posse. Pascha autem nostrum immolatus est Christus, nihilque magis immolatio Christi nos docet, quam illud quod ipse clamat, tamquam ad eos, quos in Aegypto sub Pharaone videt laborare: "Venite ad me qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos. Tollite jugum meum super vos, et discite a me, quia mitis sum, et humili corde; et invenietis requiem animabus vestris. Jugum enim-meum lene est, et sarcina mea levis est:" quibus, nisi mitibus et humilibus corde, quos non inflat scientia, sed caritas aeditcat?

Primo itaque expectationem legentium, qui forte me putant rhetorica daturum esse praecepta, quae in scholis saecularibus ei didici et docui. ista praelocutione cohiebo, atque ut a me non exspectentur, admoneo: non quod nihil habeant utilitatis; sed quod si quid habent, seorsum dis-

cendum est, si cui fortassis bono viro etiam haec yacat discere, non autem a me vel in hoc opere, vel in aliquo alio requirendum.

Nam cum per artem rhetoramicam, et vera suadeantur et falsa, quis audeat dicere, adversus mendacium in defensoribus suis inermem debere consistere veritatem, ut videlicet illi qui res falsas persuadere conantur, noverint auditorem vel benevolum, vel intentum, vel docilem proaemio facere; isti autem non noverint? Illi falsa breviter, aperte, verisimiliter; et isti vera sic narrent, ut audire taedeat, intelligere non pateat, credere postremo non libeat? Illi fallacibus argumentis veritatem oppugnant, asserant falsitatem; isti neo vera defendere, nec falsa valeant refutare? Illi animos audiencent in errorem moveentes impellentesque dicendo terrent, contristent, exhilarant, exhortentur ardenter; isti pro veritate, lenti frigidique dormitent? Quis ita desipiat, ut hoc sapiat? Cum ergo sit in medio posita facultas eloquii, quae ad persuadenda seu prava seu recta valet plurimum, cur non bonorum studio comparatur, ut militet veritati, si eam mali ad obtinendas perversas vanasque caussas iu usus iniquitatibus et erroris usurpant?

Debet igitur divinarum Scripturarum tractator et doctor, defensor rectae fidei ac debellator erroris, et bona docere, et mala dedocere: atque in hoc opere sermonis conciliare adversos, remissos erigere, noscientibus quid agatur, quid expectare debeat intimare. Ubi autem benevolos, intentos, dociles aut invenerit, aut ipse fecerit, cetera peragenda sunt, sicut postulat eaussa. Si docendi sunt qui audiunt, narratione faciendum est, si tamen indigent, ut res de qua agitur innoscantur. Ut autem quae dubia sunt certa fiant, documentis adhibitis ratiocinandum est. Si vero qui audiunt movendi sunt potius quam docendi, ut in eo quod jam sciunt, agendo non torpeant, et rebus assensum, quas veras esse fatentur, accommodent, majoribus dicendi viribus opus est. Ibi obsecrationes et increpationes, concitationes et coercitiones, et quaecumque alia valeant ad commovendos animos, sunt necessaria.

Et haec quidem cuncta quae dixi, omnes fere homines in iis quae eloquentia agunt, facere non quiescent: sed cum aliis facient obtuse, deformiter, frigide; aliis acute, ornatae, vehementer; illum ad hoc opus unde agimus, iam oportet accedere, qui potest disputare vel dicere sapienter, etiamsi non potest eloquenter, ut pro sit audiuntibus, etiamsi minus quam prodesset, si et eloquenter posset dicere. Qui vero affluit insipienti eloquentia, tanto magis cavendum est, quanto magis ab eo in iis quae audire inutile est, delectat auditor, et eum quoniam diserte dicere audit, etiam vere dicere existimat. Haec autem sententia nec illos fugit, qui artem rhetoramicam docendam putarunt: fassi sunt enim sapientiam sine eloquentia parum prodesse civitatis; eloquentiam vero sine sapientia nimium obesse plerunque, prodesse numquam. Si ergo hoc illi, qui praecipita eloquentiae tradiderunt, in eisdem libris in quibus id egerunt, veritate instigante coacti sunt confiteri, veram, hoc est supernam quae a Patre luminum descendit, sapientiam nescientes, quanto magis nos non aliud sentire debemus, qui hujus sapientiae filii et ministri sumus? Sapienter autem dicet homo tanto magis vel minus, quanto in Scripturis sanctis magis minusve profecit. Non dico in eis multum legendis memoriaeque mandandis, sed bene intelligendis, et diligenter earum sensibus indagandis. Sunt enim qui eas legunt, et negligunt: legunt ut teneant, negligunt ne intelligent. - Quibus longe sine dubio praferendi sunt, qui verba earum minus tenent, et cor earum sui cordis oculis vident. Sed utrisque ille melior, qui et cum volet eas dicit, et sicut oportet intelligit.

Huic ergo qui sapienter debet dicere, etiam quod non potest eloquentia

ter, verba Scripturarum tenere maxime necessarium est. Quanto enim se pauperiorum cernit in suis, tanto eum oportet in istis esse diitionem; ut quod dixerit suis verbis, probet ex illis; et qui propriis verbis minor erat, magnorum testimonio quodammodo crescat. Probando enim delectat, qui minus potest delectare dicendo. Porro qui non solum sapienter, verum etiam eloquenter vult dicere, quoniam profecto plus proderit, si utrumque potuerit; ad legendos vel audiendos et exerceitatione initandos eloquentes eum multo libentius, quam magistris artis rhetoricae vacare praecipio: si tamen ii qui leguntur et audiuntur, non solum eloquenter, sed etiam sapienter dixisse vel dicere veraci praedicatione laudantur. Qui enim eloquenter dicunt, suaviter; qui sapienter, salubriter audiuntur.

Dixit ergo quidam eloquens, et verum dixit, ita dicere debere eloquentem, ut doceat, ut delectet, ut flectat. Deinde addidit, Docere necessitatis est, delectare suavitatis, flectere victoriae. Horum trium quod primo loco positum est, hoc est docendi necessitas, in rebus est constituta, quas dicimus; reliqua duo in modo, quo dicimus. Qui ergo dicit cum docere vult, quandiu non intelligitur, nondum se existimet dixisse quod vult ei quem vult docere. Quia etsi dixit quod ipse intelligit, nondum illi dixisse putaudus est, a quo intellectus non est: si vero intellectus est, quocumque modo dixerit, dixit. Quod si etiam delectare vult eum, cui dicit, aut flectere, non quoicumque modo dixerit faciet, sed interest quomodo dicat ut faciat. Sicut est autem ut teneatur ad audiendum, delectandus auditor, ita flectendus, ut moveatur ad agendum. Et sicut delectatur si suaviter loquaris; ita flectitur si amet quod polliceris, timeat quod minaris, oderit quod arguis; quod commendas amplectatur, quod dolendum exaggeras doleat, cum quid laetandum praedicas gaudeat, misereatur orum, quos miserandos ante oculos dicendo constituis, fugiat eos, quos cavendos torre proponis, et quidquid aliud grandi eloquentia fieri potest ad commoveendos animos auditorum, non quid agendum sit ut suavitatem, sed ut agat quod agendum esse jam sciunt.

Qui ergo nititur dicendo persuadere quod bonum est, nihil horum trium spernens, ut scilicet doceat, ut delectet, ut flectat, oret atque agat, ut quemadmodum supra diximus, intelligenter, libenter obedienterque audiatur. Qued cum apte et convenienter facit, non immerito eloquens dici potest, etsi non eum sequatur auditoris assensus. Ad haec enim tria, id est ut doceat, ut delectet, ut flectat, etiam tria illa videtur pertinere voluisse idem ipse Romani auctor eloquii, cum itidem dixit: *Is igitur erit eloquens, qui poterit parva submisse, modica temperate, magna granditer dicere: tamquam si adderet illa etiam tria, et sic explicaret uiam camdemque sententiam dicens, Is erit igitur eloquens, qui ut doceat, poterit parva submisse; ut delectet, modica temperate; ut flectat, magna granditer dicere.*

Haec autem tria ille, sicut ab eo dicta sunt, in caussis forensibus posset ostendere: non autem hic, hoc est in ecclesiasticis quaestionibus, in quibus hujusmodi, quem volumus informare, sermo versatur. In illis enim ea parva dicuntur, ubi de rebus pecuniaris judicandum est; ea magna, ubi de salute ac de capite hominum: ea vero ubi nihil horum judicandum est, nihilque agitur ut agat sive decernat, sed tantummodo ut delectetur auditor, inter utrumque quasi media, et ob hoc modica, hoc est moderata dixerunt. Modicis enim modis nomen imposuit: nam modica pro parva abusive, non proprie dicimus. In istis autem nostris, quando quidem omnia, maxime quae de loco superiore populis dicitur, ad hominum salutem, nec temporariam, sed aeternam referre debemus, ubi etiam cavendus est aeternus interitus, omnia magna sunt quae dicimus.

EX LIBRIS INSTITUTIONIS CHRISTIANAE

JOANNIS CALVINI.

LIB. III., CAP. IV.

UBI DE CONFESSIONE ET SATISFACTIONE AGITUR.

Miror autem qua fronte ausint contendere confessionem, de qua loquantur, juris esse divini: cuius equidam vetustissimum esse usum luteupur: sed quem facile evincere possumus olim fuisse liberum. Certo nullam de ea statam fuisse legem aut constitutionem ante Innocentii tertii tempora, eorum quoque annales narrant. Certo si lex illis fuissest antiquior, potius eam arripuissest quam contenti Lateranensis concilii decreto, pueris quoque ipsis ridiculos se fecissent. Non dubitant in aliis rebus excedere fictitia de cetera, quae vetustissimis concilii ascribunt, ut ipsa antiquitatis veneratione simplicium oculos perstringant. In hec capitulo talem fallaciam objicie non venit illis in mentem. Itaque (ipsis testibus) nondum elapsi sunt anni trecenti ex quo injectus ab Innocentio tertio laqueus, et imposita cōfidentia necessitas: Atque ut de tempore faciem, sola verborum barbaries fidem legi abrogat. Nam quod jubent boni patres, omnem utriusque sexus quotannis semel proprio sacerdoti confiteri omnia peccata, faceti homines lepide excipiunt hec praecepto tenori solo hermaphroditos, ad neminem vero spectare qui sit vel mas vel foemina. Crassior deinde insulatas in discipulis se prodidit, dum explicare nequeunt quid sit proprius sacerdos. Quicquid blaterent omnes conductitii Papae rabulae, tenemus neque Christum hujus legis authorem esse quae ad euumeranda peccata homines cogit: imo fluxisse annos mille et ducentos a resurrectione Christi antequam talis ulla lex ferretur. Itaque tyrannidem hanc fuisse demum invectam quam, extincta pietate et doctrina, sine delectu quidvis licentiae sibi jam sumpsissent larvae Pastorum. Deinde luculentia testimonia extant tum in historiis, tum apud antiquos alios scriptores, quae doceant hanc fuisse politiciam disciplinam, ab Episcopis institutam, non legem a Christo aut Apostolis positam. Unum duntaxat e multis proferam, quod non obscurum ejus rei documentum erit. Resert Sozomenus fuisse hanc Episcoporum constitutionem diligenter observatam in Ecclesiis occidentalibus, praesertim vero Romae. Quo significat non fuisse universale omnium Ecclesiarum institutum: unum autem e Presbyteris peculiariter destinatum fuisse dicit qui huic muneri præcesset. Quo abunde confutat quod isti de clavibus universo sacerdotali ordini in hunc usum promiscue datis mentiuntur. Siquidem non omnipium Sacerdotum communis erat functio, sed singulares unius partes, qui ad id electus ab Episcopo fuerat. Is est quem hodie quoque in singulis cathedralibus Ecclesias poenitentiariarum vocant, graviorum criminum et quorum censura ad exemplum pertinet, cognitor. Subiectis deinde, eum quoque morem Constantinopolis fuisse donec matrona quaedam, confitentem simulans, ea specie consuetudinem quam habebat cum Diacone, protexisse deprehensa esset. Ob id facinus Nectarius,

vir et sanctitate et eruditione clarus illius Ecclesiae Episcopus, confitendi ritum abrogavit. Hic, hic aures asini isti arrigunt. Si Lex Dei erat auricularis confessio, qui ausus esset Nectarius eam refigerio ac convellere? Nectarium sanctum Dei hominem, omnibus veterum suffragiis probatum, laetescens et schismatis accusabunt? Sed eodem enteculo damnabunt Ecclesiam Constantinopolitanam, in qua coi confitendi morem non ad tempus modo dissimilatum fuisse, sed ad suam usque memoriam obsolevissimo affirmat Sozomenus. Imo non Constantinopolitanam, sed Orientales omnes Ecclesias defectionis reas agant, quao inviolabilem (si verum dicitur) legem et Christianiis omnibus mandatum neglexerint.

Hanc autem abrogationem tot locis evidenter Chrysostomus testatur, Constantinopolitanus et ipse ecclesiæ Praesul, ut mirum sit istos audire contra motu. "Peccata, inquit, tua dicito, ut deleas illa; si confundaris alieni dicere quae peccasti, dicito quotidio ea in anima tua. Non diecō confitearis consigo tuo, qui exprobret: dicito Deo, qui curat ea. Peccata tua super stratum confitere, ut ibi sun mala quotidie conscientia tua recognoscant." Item: "Nimis autem nequo necessarium est praesentibus testibus confiteri: cogitatione tua fiat delictorum exquisitio: sine teste sit hoc iudicium: solus Deus to confidentem videat." Item: "Non te in conservorum tuorum theatrum duc, non hominibus peccata tua detegere cogo: repeto coram Deo conscientiam tuam et explicua. Ostende Dominu, praestantissimo medico, tua vulnera, et peto ab eo medicamentum: ostende ei qui nihil opprobret, sed humanissimo curet." Item: "Certe ne homini dixeris, ne tibi opprobret. Neque enim conservo est confidentiam, qui in publicum proferat: sed Domino (qui tui curam gerit, et qui humanus est, et medicus) ostende vulnera." Postea Deum ita loquentem inducit: "Non ego tu in inedium prodire theatrum, ac multos adhibere testes: mihi soli die peccatum tuum privatim, ut sanem uleus." Dicimusne Chrysostomum eo progreedi temeritatis, quum hæc et similia scribit, ut conscientias hominum liberet his vinculis, quibus divina Leges constringuntur? Minime vero: quod Dei verbo intelligit nequaquam esse praescriptum, exigere certum necessarium non audet.

Venimus quod genus confessionis verbo Dei nobis traditum sit: deinde et eorum commentari subiecimus, non quidem omnia (quis enim immensum illud mare exhaustire?) sed ea duntaxat, quibus summa arcana sueae confessionis complectuntur. Hic commemorare piget, quam frequenter vetus interpres verbum *confiteri* reddiderit pro *laudare*, quod rudissimum idiotis vulgatum est: nisi quod eorum audaciam traduci expediat, dum ad tyrannicum suum edictum transferunt, quod de laudibus Dei scriptum erat. Ut confessionem probent valere ad exhilarandas mentes, obtrudunt illud Psalmi: "In voce exultationis et confessionis." Atqui si talis metamorphosis valeat, quodlibet nobis ex qualibet nascatur. Vorum quando ita illos depuduit, meminerint prii lectores justa Dei vindicta in reprobam mentem fuisse conjectos, quo magis destabilis esset eorum audacia. Quodsi nobis in simplici Scripturae doctrina acquiescere libet, periculum non erit ne quis talibus fucus nobis illudat. Illico enim una praescribitur confitendi ratio, nomine quando Dominus est, qui peccata remittit, obliviscitur, delet: huic peccata nostra ut confitemur, venire obtinetur causa. Ille inedicus est: vulnera igitur nostra illi expouimus. Ille Iesus est et offensus: ab illo pacem petamus. Ille est cordium cognitor, et cognitionum omnium conscientia: coram ipso corda nostra effundere properemus. Ille est denique qui peccatores vocat: ad ipsum

accedere ne moremur. "Peccatum meum, inquit David, cognitum tibi fessi, et injustitiam meam non abscondi. Divi, confitebor adversari me injustitiam meam Domino: et tu remisisti iniquitatem cordis mei." Talis est altera ipsius Davidis confessio: "Miserere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam." Talis et Danielis: "Peccavimus, Domine, perverse egimus, impietas fecimus, et rebeller fuimus, declinando a mandatis tuis." Et aliae quao passim in Scripturis occurunt: quarum recitatio volumen fore impleret. "Si confitemur peccata nostra fiducia est Dominus, ut remittat nobis peccata nostra." Cui confitemur? ipsi sollicet, hoc est, si afflito et humiliato corde eorum ipso procidamus, si apud ipsum nos ex animo accusantes et dannantes bonitate ejus et misericordia absolvemus.

Qui animo et coram Deo hanc confessionem amplexus fuerit, habebit haud dubio et lingua ad confessionem paratam, quoties opus fuerit apud homines Dei misericordiam praedicare: neque tantum ut uni et semel et in aurem cordis secretum insusurret: sed saepius, sed palam, sed toto orbe audentie, ingenuo et suano ignominiam, et Dei magnificientiam ac decus commemoret. In hunc modum quum David a Nathan argueretur, conscientiae aculeo punctus, peccatum et eorum Deo et eorum hominibus confitetur. Peccavi, inquit, Domino, hoc est, Jam nihil excuso, non tergiversor, quoniam peccatore me omnes judicent, et quod clam Domino esse volui, hominibus quoque ipsis patet. Arcanam ergo illam confessionem, quao Deo fit, sequitur voluntaria apud homines confessio, quoties id vel divinam gloriam, vel humilationem nostrae interest. Hac ratione instituit Dominus olim in populo Israelitico, ut praeante verbo a Sacerdote, populus suas iniquitates palam in templo confiteretur. Siquidem hoc adminiculum illis necessarium esse providebat, quo unusquisque melius adduceretur ad justam sui recognitionem. Ex aequum est ut miseriae nostrae confessione bonitatem ac misericordiam Dei nostri inter nos et coram toto mundo illustremus.

Hoc vero confidendi genus et ordinarium esse in ecclesia convenit, et tunc extra ordinem singulari modo usurpari, si quando populum communis aliquo delicto obstringi contigerit. Hujus secundi generis exemplum, habemus in solomni illa confessione, qua populus universus auspicio ducaturque Esdras et Nehemiae defungitur. Nam quum exsilium illud diuturnum, urbis ac templi excidium, religionis dissipatio, communis omnium desecrum fuisse poena, non poterant liberationis beneficium ut par erat agnoscere, nisi se ante reos peragerent. Neque refert si in una congregazione pauci aliqui interdum sint insontes: quando enim membra sunt languidi, ac male affecti corporis, non debent sanitatem jactare. Imo fieri non potest, quip aliquia labe contracta aliiquid ipsi etiam culpae sustineant. Ergo quoties vel peste, vel bello, vel sterilitate, vel alia qualibet calamitate affligimur: si officii nostri est ad luctum, ad jejunium, et alia reatus signa confugere: ipsa confessio, ex qua alia omnia dependent, minime est negligenda. Ordinariam illam, praeterquam quod ore Domini commendata est, nemo sanus expensa ejus utilitate, improbare audeat. Nam quum in omni sacro conventu sistamus nos in conspectum Dei et angelorum: quod erit aliud initium actionis nostrae, quam indignitatis nostrae recognitio? Atqui illa, inquires, fit qualibet precatio: quoties enim precamur veniam, peccata nostra confitemur. Fatoe. At si consideres quanta sit nostra vel securitas, vel somnolentia, vel socordia, concedes mihi salutare fore institutum, si solenni aliquo confidendi ritu, Christiana plebs ad humiliationem exerceatur. Tametsi

itum tibi
sum me
i." Talis
eundem
mus, Do
as, decli
currunt :
ta nostra
liteamur?
cidiamus,
e ejus et
t, habebit
uerit apud
et semel
, sed toto
entiam ac
sueretur,
a hominii
cuso, non
clam Do
rgo illam
confessio
est. Hac
verbō a
r. Siqui
unusquis
um est ut
hostri inter
venit, et
communi
plum, ha
biciis due
illud diu
communis
beneficiis
efert si in
ando enim
sanitatem
ipsi etiam
ilitate, vel
n, ad jeju
alia omnia
quam quod
ate, impro
os in con
is nostrae,
it qualibet
confitemur.
monrentia
nni aliquo
Tametsi

enim ceremonia, quam Dominus Israelitis praecipit, ex Legi paedago
gia erat: res tamen ipsa aliquo modo ad nos quoque pertinet. Et sane
videmus hunc morem in ecclesiis bone moratis cum fructu observari, ut
singulis diebus Dñminicis minister formulam confessionis suo et populi
nomine concipiatur, qua reos omnes iniurias peragit, et veniam a Domino
comprecatur. Denique hac clave tam singulis privatum, quam omnibus
publice aperitur ad precandum janua.

Dicas praeterea privatas confessiones formas Scriptura probat. Unam
quae nostra causa fiat: quo pertinet illud Jacobi, ut "alter alteri peccata
confiteamur;" sentit enim ut nostras infirmitates alter alteri detegentes,
consilio et consolatione mutua nos juvemus. Alterum, quae in proximi
gratiam facienda est, ad ipsum placandum, et nobis reconciliandum,
si qua in re nostro vitio Ihesus fuerit. Ao in priore quidem specie,
tametsi Jacobus neminem nominatim assignando, in cuius simili no
exonoremus, liberum permittit delectum, ut ei confiteamur qui ex eccl
iae grege maxime idoneus fuerit visus: quia tamen pastores prae aliis
ut plurimum judicandi sunt idonei, potissimum etiam nobis eligendi erint.
Dico autem ideo prae aliis appositos, quod ipsa ministerii vocatione nobis
a Domino designantur, quorum ex ore eruditur ad subigenda et cor
rigenda peccata, tum consolationem ex venia fiducia percipiamus. Que
madmodum enim mutuae admonitionis et correctionis officium Christia
nis quidem omnibus demandatum est, ministris tamen specialiter est
injunctum; sic quin omnes mutuo nos debeamus consolari, et in fiducia
divinae misericordiae confirmare, videmus tamen ministros ipsos, ut de
remissione peccatorum certiores reddant conscientias, testes ejus ac spon
sores constitui, adeo ut ipsis dicantur remittere peccata, et animas solvere.
Quod audis hoc illis tribui, in usum tuum esse cogita. Ergo id offici sui
unusquisque fidelium esse meminorit, si ita privatum angitum et afflictatur
peccatorum sensus, ut se explicare nisi alieno adjutorio nequeat, non neg
ligere quod illi a Domino offert romedium; nempe ut ad se sublevan
dum privata confessione apud suum pastorem utatur, ac ad solatia sibi
adhibenda privatum ejus operam imploret, cuius officium est et publice et
privatum populum Dei Evangelica doctrina consolari. Verum ea mode
ratione semper utendum est, non ubi Deus nihil certum praescribit, con
scientiae certo iugulo alligentur. Hinc sequitur, ejusmodi confessionem
liberam esse oportere, ut non ab omnibus exigatur, sed iis tantum com
mendetur, qui ea se opus habere intelligent. Deinde ne hi ipsi, qui illa
utuntur pro sua necessitate, ad enumeranda omnia peccata vel praecopto
aliquo cogantur, vel arte inducantur: sed quod interesset sua putabunt,
ut solidum consolationis fructum referant. Hanc ecclesias libertatem non
modo relinquere, sed tueri quoquo et fortiter vindicare debent fidi Pasto
res, si volunt et tyrannidem abesse a suo ministerio, et a populo super
stitionem.

Do altera autem loquitur Christus apud Matthaeum: "Si offeres munus
tuum ad altare, et ibi recordatus fueris, quod frater tuus habet aliquid
adversum te, relinque ibi munus tuum, et abi, priusque reconciliare fratri
tuo: et tunc veniens offeres munus tuum." Sic enim sarcandra est
caritas, quae nostra culpa dissipatur, culpam quam admisisimus agnoscendo
et deprecando. Sub hoc genere comprehenduntur eorum confessio, qui
usque ad totius ecclesiae offenditionem peccarunt. Nam si tanti privatam
unius hominis offendit auctoritas Christus, ut a sacris arceat eos omnes,
qui in fratres aliquid peccarunt, donec justa satisfactione redierint in gra
tiam: quanto major est ratio, ut qui ecclesiam laesit malo aliquo exem

plo, eam aibi culpas agnitione reconciliet? Ita receptus est et Corinthius file in communione, quum se obsequientem corruptioni praebuisse. Haec etiam forma confitendi in veteri ecclesia fuit, quemadmodum et Cyprianus meminit: "Poenitentiam, inquit, agunt justo tempore; deinde ad exomologesin veniunt, et per manum impositionem opiscopi et cleri, jus communionis accipiunt." Aliam confitendi vel rationem vel formam Scriptura prorsus ignorat: neque nostrum est astringere novis vinculis conscientias, quas in servitatem redigere Christus severissime vetat. Interim quin sistant se pastori oves, quoties sacram Coenam participare volunt, adeo non reclamo, ut maxime velim hoc ubique observari. Nam et qui habent impeditam conscientiam, referre inde possunt singularem fructum: et qui admonendi sunt, monitionibus locum ita praebent, modo semper absit tyrannis et superstitione.

